



1566
PETITÆI










PETITAEUS Ambianus
(Antonius)

all-





ANT. PETITÆI

AMBIANI

CRISIMEROLOGION,

SEV DIERVM CRISIMORVM RATIO.

AD AMPLISSIMVM MEDICORVM PARISIENSIVM ORDINEM.

PARISIIS.

IN ÆDIBVS ROVILLII, VIA IACOBÆA, SVB SIGNO CONCORDIÆ.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

1566.

IN ANTONII PETITAEI CRISIMEROLOGION: HENR. MONANTHOLII RHEMI

EPIGRAMMA.

NIL habuit Phœbi ingenioſa obſcuriùs vſquam
Ars, criſimóque die, terrificáque criſi.
Queis dubium eſt medicus: doleatve incertior æger
Ille quidem cauſæ, ſed necis iſte ſuæ.
Iam nihil obſcurum eſt, opere hoc Petitæus vtrũque
Non ſinit eſſe inter ſpémque, metúmque diu.

Αὐτοῦ εἰς Ἀντ. Πετιταίου

Ἐπίγραμμα.

Ὡς ταῦτ᾽ ἰατροῖς, ἰατρῶν παισὶ διδῷς εὖ
κτήματα, πρῶτ᾽ ἀποδῷ δαφνιακόν στέφανον.



AMPLISS. MEDICORVM APVD PARISIORVM LVTETIAM collegio, Antonius Petitæus, S.



OMnes qui antiquorũ ſcripta, diurna nocturnáque manu verſant (viri ampliſsimi) ita ſe cõparare debẽt, vt ſingula, vel obſcurè dicta, dilucidè explicẽt: vel prolixiùs enarrata, reſcindãt: vel controuerſa, componant: aut, quæ deficiũt, ſuppleãt, ac deniq; in vſus cõmunes ſemper aliquid conferant. Neque profecto is, qui rei medicæ haud ignarus, diligenter anteacti ſtudii theſauros abdit, ſibi, & muſis canens, recto iudicio vti videtur, cùm de ſua exiſtimatione, aliis cognitioné non conſtituit, dum honeſtiſsima laborum præmia conſequi, & doctorum cenſuram nõ refugere debet. Quid prodeſt iugi librorum lectione ſeſe macerare, ac turbulento meditationum æſtu, vigiliiſque aſsiduis, ſeipſum per multos annos conficere, & in vmbra delitefcere, nec famæ, ac publicis etiam

ſtudiis conſulere? Quid magis exoptandum cuiquam eſt, quàm vt plurimis ſua induſtria prodeſſe, & velit & poſsit? Proinde, quùm ego in id ſtudiorũ meorum rationem, cogitationéſque omnes conferrem, conatus ſum tempus illud, quod mihi liberum, & à ſcholæ noſtræ officiis vacuum erat, iis rebus inueſtigandis impẽdere, quarum notitiam, ad ſtudioſorum non mediocrẽ vtilitatem pertinere arbitrarer. Cùm igitur medicorum ſcripta percurrerem, plurimáque ſeſe vndique offerrent, in quibus meam facilè collocarem operam: inter veterum monumenta, nondũ ſatis explicata, & difficilia omnium iudicio ſemper habita, vna de criſi & criſimis diebus πραγματεία, digna viſa eſt, in qua accuratiùs tractãda, optimus quiſq; , & veræ artis ſtudioſiſsimus, ſeſe exerceret. Itaq; cum hoc Criſimerologion, iampridem meditatus eſſem, & apud me deſcriptum aliquandiu retinere, & perpolire cogitaſſem, amicis aliquot clariſsimi veſtri ordinis, oſtẽdi: quod vbi accuratè perlegiſſent, cunctationi meæ ſtrenuè occurrerunt, méque adhortati ſunt, vt, antequam veſtri collegii ornamentis afficerer, ſubitò edendum curarem. Studioſis, & his potiſsimùm, quibus ſolida medicorum antiquorũ doctrina cordi eſt, hos noſtros labores, nec inutiles fore, nec ingra-

tos

tos affirmabant: cùm præsertim, hæc de crisimis diebus θεωρία obscurior, nondùm veterũ scriptis satis illustrata esset. Illud etiam addebãt, sine horum dierũ notitia, artẽ medicam mancam esse, & medicos plurimùm in medendo aberrare, & ægros plurimos, vitæ periculum subire. Quis enim victus rationem, pro morbi & criseως ratione, vel tenuiorem, vel pleniorem, rectè præscriberet, ignoratis diebus crisimis? quopactò, an symptomata formidãda sint, an nõ, dignosceretur? Quid turpius medico, quàm vt ex insperatò æger syncope prehendatur? Quãto magis, crisima symptomata vulgi instar pertimescere, ac conari opem ferre, aut instante Criseως tempore ægrum remediis fatigare? Quapropter horum cohortationibus, hæc non solùm in lucem prodire passus sum, sed etiam vobis dicare mihi audendum fuit, quæ, quãuis mihi minimè satisfaciant, cùm, quibusdam præceptoribus nõ displicere videam, reliquis, qui saltem, vel solam iuuandi voluntatem, conatúsque semper meritò probare solent, grata fore confido. Quod si fortè nimium confidẽter, ne dicam licenter, tenuia hæc, amplissimo ordini vestro dicasse videbor, veniam mihi dari exoptem. Quis enim ignorat, non nisi maxima tanto ordini consecranda esse? Quis vestri collo-

gii ornamenta, aut animo æſtimare pro dignitate, aut oratione cõſequi poſſet? Verũtamen animũ meum ſpes iudiciorũ æquitatis, ſuſtẽtat, & confirmat: hæc ſanè effecit, vt conatum operámque ſatis arduã, non poſſe nõ probari perſuaſum habeam, nec à ſeuerioris iudicii (dum de iudiciis multa propono) cẽſura, mihi metuendũ eſſe exiſtimẽ. Accipietis igitur (viri prudẽtiſsimi) laborem hunc noſtrum eo animo, quo reliquorum ſtudiis fauere ſoletis: ac, pro ſumma veſtra eruditione eundem illum, qui ſe veſtro iudicio committit agnoſcetis, qui non minus fauore, atque ornamentis veſtris illuſtrari, quàm cenſura veſtra confirmari cupit. Sanè quidem laboris tædia, & contracta ex longis meditationibus faſtidia, molliuntur, cùm artis, cui multos annos dedimus operam, antiſtites, vigilias noſtras, recto atque illuſtri beneuolẽtiæ iudicio inſigniunt, ac ingenii fœturam, propitiis ſuffragiis comprobãt. Multum etiam eſt, inquit ille, à laudatis viris laudari: at ego non laudari, ſed vel probari à vobis, has noſtras lucubratiunculas plurimi profecto faciam: nec amicis quotidiano penè conuitio vrgentibus paruiſſe, me pœnitebit, & maiorem ad alia quæ molimur, elucubranda, & ea quæ habemus perpolienda, alacritatẽ, iniicietis. Ex Pariſienſi Academia, anno á Chriſto nato 1566. Cal. Maiis.

CAPITVM LIBRI PRIMI Elenchus.

Σιγή, ἢ Ελπίς.

ELENCHVS CAPITVM LIB. SECVNDI, IN QVO DE CAVSIS DIERVM CRISIMORVM AGITVR.



ANT. PETITÆI AMBIANI, DE RATIONE DIERVM CRISIMORVM LIBER PRIMVS.

Dies Crisimos à veteribus medicis experientia, deprehensos esse, & quinam sint.

CAP. I.



Dmirãdus Hippocrates non primus solùm, sed etiam excellenter, crisimorum dierũ naturam, experientia (cui fidendum est) deprehendit, atque causam generationis ipsorum indicauit. Archigenes diligenter in artis operibus versatus, & huic superior Heraclides Tarentinus, ac insuper Philotimus, & Diocles, aliique veteres, qui ante hos ab Hipp. diuino, multis iam annis elapsis, ingenio præstanti fluxerunt, huiusmodi dierum differentiam esse, obseruarunt, ac eorum speculationem quandam collegerunt. Tandem sequutus est Galenus, qui cùm multos annos in eorum obseruatione consumpsisset, vt cætera omnia que vsu, & expe-

Hippocrates primus naturam dierum crisimorum cognouit.

Experientiæ Hippocratis fidendum.

Galen. lib. 1. κρισ. ἡμερ.

rientia cognita habebat, ingenuè patefacere, ac literis mandare consueuerat, iniquissimum esse arbitratus, veritati tenebras offundere: Ita quę de Crisimis diebus veritati consentanea esse accuratissima experientia, peruestigatione, ac iudicio, deprehenderat, ea quoque scriptis tradere, non dubitauit. Ipse equidem cum statim ab adolescentia Philosophiæ studio captus, primùm se ad eam contulisset, mox patris euidenti insomnio monitus, ad medicinæ studium venisset, & vtrique studio re magis, quàm verbis incumberet, ab eo etiam tẽpore Crisimos dies obseruare se incœpisse scribit, vt ex sua ipsius experientia quidpiam de eorum controuersia certò statueret, & ipsorum differentiis patefactis, ortã inter antiquos, & suæ tempestatis medicos, de ipsis litem dirimendam non altercandi studio: sed cognitionis & scientiæ verique inueniendi cupiditate, suscipe-ret. Sunt autem crisimi dies in quibus firmę, & plurimæ, cum perspicua excretione, aut abscessu insigni, mutationes fiunt: siue qui primariam vim morbos iudicandi habent, sed per accidẽs quoddã. hi sanè dies Græcis nõ solum κρίσιμοι sed etiã κριτικαὶ ἤτοι κρίνουσαι ἡμέραι dicũtur, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, quod iudicare & decernere significat, vnde & iudiciales dies, seu iudicatorii, iudiciarii, plerisq; decer-

Gal. paterno insomnio monitus, ab adolescentia medicinæ studio se tradidit, ac ab ipsa ætate diescrisimos obseruauit.

Vbi supra.

Duplex crisimorum dierum definitio.

Qua ratione Græci hos dies nuncupare soleant: Crisimorum, siue Criticorum Etymon

decernentes, ſeu decretorii, alíis Critici, & Criſimi Græcis vocibus pro Latinis vſurpatis, dicũtur. Nos modo his, modo illis vocabulis, in ſequentibus vtemur. Per criſimos autem dies, non ſolum propriè dicti accipiendi ſunt, in quibus morborum iudicationes fiunt, & qui ſeptimanas ſingulas terminant: cuiuſmodi ſunt ad 40. vſque diem, hi ſex veri Criſimi: 7. 14. 20. 27. 34. 40. verum etiam intelligendi ſunt hi, quos Hippoc. & Galen. Ἐπιδήλους & θεωρητοὺς, hoc eſt, indices, & contemplabiles vocant, in quibus Criſis futuræ in alio quopiam Criſimo propriè dicto die, ſignũ aliquod apparet, & qui primos ſingularum hebdomadarũ quaternarios finiunt: hi etiam ad 40. vſque numero, ſunt ſex 4. 11. 17. 24. 31. 37. hi verò, quanuis ſua natura indices ſeu prænuntii ſint, fit tamen nonnúnquam vt iidem ipſi Criſimi etiam deprehendantur.

Quibus nominibus hi dies, apud latinos efferri ſolēt.

Indices interdum criſimi deprehenduntur.

Dierum crisimorum differentiæ. CAP. II.

TOT dierum crisimorum differentiæ sunt, quot & crisεωγ existunt. Et quanuis crises ipsę diebus singulis, tam crisimis, quàm non crisimis eueniant: numero tamen inter se pares non sunt, neque similiter fidæ. In criticis siquidem diebus plures fiunt, & magis fidæ sunt. In non criticis pauciores, & minus fidæ. Sic crises quæ in illis fiunt, bonæ vt plurimum sunt, cum mitioribus, leuioribusque symptomatis, perfectæ, & indicibus diebus, & contēplatoriis præindicatæ. Quæ verò in his, contrà, malæ sunt, cũ sæuioribus symptomatis, & maiore cum certamine, deficientes, seu imperfectæ, non præindicatæ, sed ἐξαιφνίδιον τε καὶ ἀδοκήτως, id est, repente, & ex improuiso superuenientes, nõ indoctos modò, sed & peritissimos artifices fallētes. Itaq; quilibet dierũ numerus, ad decernēdum idoneus existimari non debet. Experimento siquidem comprobatũ est, in quibusdã diebus magis quàm in aliis ęgrotãtes à morbis cum subitis mutationibus liberari aut interire. Quemadmodum igitur sex in vniuersum criseων sunt differentiæ: vna enim τελεία, id est absoluta, alia πιστὴ, βεβαία, ἀσφαλὴς, fida, firma, secura: aliqua ἀκίνδυνος, sine periculo: alia σαφὴ, manifesta: quædam εὔσημος indicata: aliá ἀγαθὴ bona seu

Gal. lib. I. κρισ. ἡμερ.

Iudicationes singulis diebus accidũt.

In Crisimis diebus plures fiunt crises.

In criticis diebus crises fiunt bonæ, fidæ, indicatæ, manifestæ, sine periculo.

In non criticis cõtrariæ, tùm peritis tùm imperitis medicis sese prodentes.

Quilibet dierum numerus ad decernendum idoneus non est.

Gal. com. 36. lib 4. aph.

Sex Criseων differentiæ.

ſeu laudabilis: ita nonnulli dies plurimos iudicãt τελείως καὶ πολλάκις, πιστῶς βεβαίως καὶ ἀκινδύνως, alii σαφῶς: quidam προδήλως, alii ἀγαθῶς. Abſoluta autem dicitur iudicatio, quæ in morbo nihil facit reliqui: firma, fida, ſecura, certa, μηκέτι ἐπανερχομένη, ſiue quæ non amplius redit. Tuta quæ ſine periculoſis ſymptomatis accidit. Manifeſta vocatur ea, cui excretio quædam, vel abſceſſus inſignis, & conſpicuus adeſt. Cum bonis & laudabilibus ſignis accidit, quæ ab indice præmonſtrata eſt: bona denique eſt illa, quæ in ſanitatem deſinit. Contrà vero, vt iudicatio alia ἀτελὴς id eſt imperfecta, ἄπιστος infida, κινδυνώδης periculoſa, ἀσαφὴς obſcura, ἀσήμος non premonſtrata, πρὸς κακοῦ ad malum: ita dies aliqui ἀτελῶς καὶ σπανίως, quidam ἀβεβαίως ἀπιστῶς: alii μετὰ κινδύνου: aliqui ἀσαφῶς aut ἀσήμως, vel κακῶς decernũt. Imperfecta autem Criſis vocatur, cum ex morbo fuerit quidpiam relictum, infida ſeu incerta ὅταν ὑποτροπιάζει, ſiue cum morbi recidiua contingit. Periculoſa, quæ cum grauibus ſymptomatis accidit. Obſcura quæ citra excretionem, vel abſceſſum quempiam euidentem contingit. Sine ſignis fieri dicitur, quę à nullo priore die fuerit indicata. Mala quę πάντως εἰς ἀπώλειαν τελευτᾷ τοῦ κάμνοντος. Cũ igitur hæc ita ſe habeãt maximam eſſe dierum inter ſe diffe-

Iudicatio abſoluta, fida, firma, ſecura, certa, tuta, manifeſta, indicata, bona ſiue laudabilis. Gal. L. 1. κρισ. ἡμερ.

Imperfecta Criſis, periculoſa, obſcura, non indicata, mala.

rentiã, neque omnes dies vim iudicandi habere, constare existimo. Alii etenim sunt in quibus nemo vnquam, aut rarissimè iudicatur, vt 12. & 16. alii in quibus sæpissimè crises fiunt, vt 7. & 14. alii verò in quibus morbi cum sæuioribus symptomatis, & maximo periculo iudicantur, vt 5, & 8. Cæterum sex supra cõmemoratæ iudicationum differentiæ ad duas reuocari poterunt, si tot earũ differentias, quot dierũ crisimorũ constituere voluerimus. Dierũ enim crisimorũ duæ in vniuersum differentiæ existunt. Alii siquidẽ Crisimi, sunt in quibus crises sæpius fieri solent, & iudicationis conditionibus prædictis dotati sunt. Alii verò non crisimi dicuntur in quibus crisis interdum vi morbi accidit. Verùm non sat est raro uidisse diem aliquem iudicantem morbos, vt is crisimus dicatur: sed oportet in illo crebro iudicationes fieri, præterea vt crisis sit bona, perfecta, secura, manifesta, tuta, necnon præmonstrata. crebro autem iudicare uideri non possunt, primi & rari dies, eòq; crisimi simpliciter dicendi non sunt: sed cũ adiectione crisimi raro, aut etiam casu quodam iudicãtes. Ne si absolutè crisimi vocentur, confusio pariatur, & dierum crisimorum historia interturbetur. Primi autem dies vocantur ii, quos primus quaternarius

Sex Criseòn differentiæ ad duas reductæ.

Crisimorum dierum duæ in vniuersum differentiæ.

Quæ requiruntur vt crisimus dies verè dicatur

Primi dies qui.

l. 1. Criseòn.

rius terminat. hi crebro non iudicant, quia pauci morbi adeò acuti exiſtunt, vt quatuor primis diebus iudicari poſſint. Rari verò ii dicuntur, in quibus raro contingit iudicationem fieri, quales ſunt octauus, & decimus, & quartus in acutiſſimis. Quis igitur vel ſeptimum, vel undecimum, uel decimumquartum, vel alios quoſdam eis ſimiles non dixerit decretorios, cum omnes notæ iudicationum in eis adſint?

Die 4. rariores fiunt criſes.

Rari dies

Dignitatis dierum cognitionem, ad morborum & curationes, & ſolutiones multum conferre.

CAP. III.

EST autem criſimorum dierum natura quædam propria, & eximia: quare ipſorum cognitio ad curationes & ſolutiones morborum, non leue momentum adfert. Ad curationes quidem, quoniam ſi parùm fidis & minus dignis diebus, iudicationem eueniſſe medicus nouerit, ægroto timens, cautius ipſi cibum exhibeat: ne ſi forte incautius nutriuerit, magnopere lædat. Ad ſolutiones verò, quia ſi fidis, & præcipuis diebus quempiam iudicatum aduerterit, ipſum ægrotum non adeo ſuſpectum habeat, aut ipſi timẽs, tenuem victus rationem etiam poſt biduum, à morbi ſolutione, præſcribat. Contingit enim interdũ, vt tanquam ſoluto integrè morbo, ægri confidant, cibenturque inde negligentius,

Criſimorum dierũ natura quædã eximia eſt. L. 1. κριτ. ἡμερ.

Non ſeruata poſt ſolutiones exacta victus ratione, multo grauior q̃ initio morbus reuerti ſolet.

Tutũ eſt ad biduum vſq; diligentem victus rationem ſeruare, quanuis morbus iudicatus ſit.

& eius quæ per circuitum repetit acceſsionis occaſionem præbeant, ſicque cum quaſi fidè ſolutus ſit morbus neglectui, deſpectuiq; habitus fuerit, multò hic quàm anteà grauior euadit. Proinde tutum erit, etiamſi morbus iudicatus fuerit, aſſuetã, & tenuem uictus rationẽ non immutare ad duos uſq; dies, ut dicit Gal. Poſt hos dies plenius cibãdus æger, ita tamen ut mutatio illa quæ ἀθρόως fit, uitetur. Nã quàm formidãda ſit omnis repentina in ratione uictus mutatio, quiuis dignoſcere poteſt ex Philonis filiæ hiſtoria lib. 1. epid. aſcripta. Cui cùm copioſa ſanguinis è naribus accidiſſet eruptio, qua ſeruari debuiſſet, ut ſeruati fuerant, quibus eo ſtatu aliqua excretio contigiſſet, quia tamen intempeſtiuius die ſeptimo cœnauit, obiit mortem. Quod Hippocrates laconica ſui uernaculi idiomatis breuitate ſic explicat: φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐρρύη, ἑβδομαίῃ δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιρεστέρως, ἀπέθανεν.

Gal. cõmẽ. in lib. 1. περὶ διαιτ. ὀξέων

Periculoſa in ratione victus omnis ſubita mutatio

Hip. ſtatu 3. lib. 1 epid.

Dies iudicatorius ad iudicationis firmitatẽ conducit.

Dies itaque ſtabilit & confirmat iudicationem, eamque magis fidam & ſecuram facit. Nam ſi vniuerſis aliis ſignis æqualiter progreſſis decretorius tantum dies deſideretur, & deficiat, multum ſane de criſeως fide deciditur: ſin aliis decernendi ſignis non admodum integris perfectiſque decretorium diem addideris, ſecuræ ſolutionis

Gal. li. 2. prognoſt. & li. 1. κρισ. ἡμερῶν

nis morbi ſpem quandam concipies. Idcirco Hipp. lib. 3. prognoſticωv dicebat: Quibus febres ceſſant, neque cum ſignis ſolutionis, neque in diebus decretoriis, recidiuam in eis expectare oportet. In Græcis codicibus, Galeni commentarius in hanc ſententiam, reſtituendus videtur: alioqui Galenus non ſolùm his, quæ à nobis dicta ſunt ex eius doctrina, repugnaret: ſed etiam ſibi ipſi in eodem commẽtario, contradiceret: hunc etiam Galeni locum Laurentianus Græcos codices ſequutus, ſic vertit: Quoties neutrum exiſtat ex his quæ dixit, tunc expectare oportet recidiuam, non vbi alterum adſit, alterum deſit. Quæ enim non ex ratione leuant, recidiuam facere conſueuerunt, quanquam in diebus accidat decretoriis. At verò conſtat, vt hæc non ex ratione leuent, quæcumque & neque cum indiciis ſolutionis, neque in diebus deſinant decretoriis. Itaque ſi negatiuæ loco copulatiua particula initio commentarii ſubſtituatur, ſenſus erit legitimus, ac Galenus ipſe à contradictione vindicari poterit: quod obiter dictum ſit. Cæterum citata hæc Hippoc. ſententia, non parùm confert ad victus rationem probè inſtituendam: ſi enim perfectè ſanatus ſit æger, ei vt ſano præſcribenda erit victus ratio: ſin minus circũſpectè agendum.

Hipp. l. 3. prognoſt.

Galeni locus in Græcis exemplaribus emendãdus

Vt καὶ pro οὐχ.

Gal. à contradictione vindicatur.

Accidit enim vt interdum melius ſe habere æger, citra tamen rationem, videatur, quem ſi morbo liberatum eſſe exiſtimet medicus, ac tunc pro arbitrio, victus ratione vti ęgro permittat, magni mali autor erit. Proinde intelligere licet, nõ alium eſſe, qui accuratè dies criſimos cognoſcat, & qui rectam victus rationem inſtituat: ſed in vnum & idem ambo coire neceſſe eſt, futurum alioqui vt alterum ab altero corrumpatur, cum alterum ab altero ſtabiliatur.

Quando medicus magni mali autor eſt.

Gal. L. 2. Criſεων. Criſimos dies cognoſcere, & victus rationem inſtituere, mutuis ſtant auxiliis.

Cur Hippocrates aliter de Criſimis diebus in Epidemiis, aliter in Aphoriſmis, & Prognoſticis ſcripſerit.

CAP. IIII.

Criſimorum dierum cum vſus, tùm natura duplex Galen. lib. 2. κρισ. ἡμερ.

CVM duplex eſſet dierum criſimorum cùm vſus, tùm natura, eorum quoque duplicem diſciplinam inſtituit Hippocrates. In Aphoriſmis ſiquidem & prognoſticis eorum qui ſecundum quaterniones & hebdomadas inuicem connexi ſunt, mentionem fecit. In primò verò Epidemiωρ non ſolùm eos dies qui per quaternarios & ſeptenarios inuicem implicantur: ſed & intercidentes etiam quoſdam dies percurrit. Ipſe equidem eos dies qui per quaternarios, & ſeptenarios inuicem cõplexos, ſurgunt, ab intercidentibus natura differre deprẽhẽdit, quòd illi natura ſua, ſi medicus, æger, miniſtri, in nullo delinquãt, & ritè ex-

terna comparata sint, de morbis decernunt. Intercidentes verò nunquam, nisi erratis quibusdam cōmissis. Quin, vsu etiam differre voluit. Nam illi ad futuram iudicationem: intercidentes ad præteritam referuntur. Ad iudicationem futuram prænoscendam, solos quaternarios circuitus agnoscere sufficiet. Quippe nullo errato commisso, si insultus, qui per quaternarios fiunt prȩuideris, & quarto (verbi gratia) die signa quædā in vrinis, aut deiectionibus, aut sputis apparuerint, iudicationem septimo die futuram, prænuntiare poteris. Item, si vndecimo, 14. si 17. vicesimo. Sicque per solos quaternarios de futura iudicatione, omissis intercidētibus, iudicium feres. Si verò de iam facta iudicatione, iudicium ferendum sit, cùm quaternionum, tùm etiam dierum intercidentium vim & facultatem perspectam habere oportet, & aduertere, num securior ea sit iudicatio quæ hoc, quàm quæ illo die intercidente euenit: vt (exempli causa) an securior ea sit quæ quinto, quàm quæ tertio, quȩ item nono, quàm quæ octauo. Cùm igitur varium vsum, variamq; naturam dierum crisimorum deprehēdisset Hippocrat. variè etiam de his diuersis in locis scripsit: & alibi aliter docuit. Et hoc sanè Hippocrati item viro veri studiosissimo, videtur accidisse: si

Futura Crisis vt præcognoscenda.

De præterita crisi quomodo ferendum iudicium.

Hippocrates de crisimis diebus duplicem disciplinā reliquit.

quid ex his quæ in primo epid. habentur, licet colligere. quo in loco multos dies in vnum congessit, quorum in Prognosticis & Aphorismis nullam ratione͂ habere comperitur. Priùs enim libros Epidemiων scripsit, dùm adhuc speculationes artis experimentis exploraret, nec in vniuersum sententiã in his ferre, & quid tene͂dum esset statuere, auderet. Aliter verò post multos annos elapsos, quæ ipse longa experientia obseruauerat, paulò certiora scripsit, cùm Aphorismos & Prognostica scriptis mandauit: Demonstratum nanque à Gal. est Epidemιων libros Prognostico prius & Aphorismis scriptos esse, & memoriam rerum priùs obseruatarum suggerere, siue illos commentariorum vim habere, in quibus cùm semel ea latissimè primùm tractantur, quæ tractanda suscipiuntur, si iterum etiam comme͂tari volumus, ac inter commentandum nonnulla eorum quæ iam scriptis mandata sunt, repetere, cõsilium est: multa eorum quæ latè dicta sunt, inculpatè omittũtur. Quamobrem cùm Hippoc. Epidemιων libros ante prognostica & Aphorismos velut commentarios conscripserit, mirùm non videbitur, si quosdam crisimos dies in Epidemiis recensuerit, quorum in Aphorismis & prognosticis non meminerit. Meritò igitur illic quidem

Lib. 2. κρισ. ἡμερ. Epidemιων libros ante prognostica & aphorismos scriptos esse, & comme͂tariorum vim habere.

dem omnes dies crisimos adscripsit, in his verò eos tãtum, qui insigni facultate dotati sunt, & naturæ suæ ratione perfecti & insuper non mediocrem vsum ad futuri status, iudiciique prænotionem exhibent. Cur itaque Hippocrates, non vnam in omnibus libris suis decretoriorum dierum doctrinam tradiderit: iam liquidò constat. Porrò cùm dixerimus aliter Hippocratem in prognosticis, & Aphorismis de diebus Crisimis, aliter in Epidemiis præcepta tradidisse, qui dies tùm pares, tùm impares in Epidemiis ab Hip. Crisimis ascribantur, quos in Aphorismis & Prognosticis ademit, sequens Tabella indicabit.

Dies pares ex prognosticis	ιδ. κ. 14. 20.
Dies pares ex Aphorismis.	ιδ. λδ. 14. 34.
Dies pares ex primo Epid.	δ. ϛ. η. ι. ιδ. κη. λ. μη. ξ. π. ρ. 4. 6. 8. 10. 14. 28. 30. 48. 60. 80. 100.
Impares dies ex prognost.	ζ. ια. ιζ. 7. 11. 17.
Impares ex aphorismis.	γ. ε. ζ. θ. ια. ιζ. κα. κζ. λα. 3. 5. 7. 9. 11. 17. 21. 27. 31.
Dies impares ex Epidemiis.	γ. ε. ζ. θ. ια. ιζ. κα. κζ. λα. 3. 5. 7. 9. 11. 17. 21. 27. 31.

Aduertendum etiam eſt numerum dierum in Græcis codicibus varium reperiri. Nam codices Hip. & Germanici, & Venetiani lib. 1. Epid. Galeni item cod. ibidem habent π. ρ. id eſt 80. 100. verùm in codicib. Gal. tùm Aldino, tùm Oporino, parium dierum numerus lib. 2. κρισ. ημερ. his deſignatur notis δ. ϛ. ι. ιδ. ιη. κ. κδ. κη. λ. λδ. μ. ξ. π. ρκ. vbi poſt. π. i. 80. ſtatim ρκ. id eſt 120. numerat, non 100. ibidẽ ordo alius margini codicis Baſiliẽſis ſic aſcribitur δ. ϛ. η. ι. ιδ. κη. λ. μη. ξ. π. κ϶ὶ ρ.

Quinam dies in Prognosticis & Aphorismis Crisimi & contemplabiles sint, eorumque κόσμος ad 120.

CAP. V.

HIppocrates de diebus criticis præcepta tradens in ꝓgnosticis, sic inquit: Febres siue sanus ab his quis euadat, siue pereat, iisdem numero diebus, iudicantur. Vt enim saluberrimæ febres, quæ videlicet tutissimis fulciuntur notis, die quarto vel citius quiescere solent: ità malignissimæ quæque, & quibus periculosissima signa adsunt, die quarto, vel citius interficiunt. Primus itaque earum insultus ita finitur, secundus quaternarius in septimum diem producitur, tertius in vndecimum, quartus in decimumquartum, quintus in decimumseptimum, sextus in vicesimum. Hi autem ex acutissimis morbis per quatuor in viginti ex additione proueniunt. Verùm huiuscemodi supputatio, per dies integros fieri non potest, quoniam nec annus, nec menses ipsi integris numerantur diebus. Deinde eadem ratione, atque additione primus circuitus ad quatuor & triginta, alter ad quadragīta, tertius ad sexaginta dies perueniet. hoc loco per quaternarios & septimanas ad 20. numerando, ipsum procedere constat: vbi à 14. in 17. vnum definit quaternarium. hæc quidem ex Prognosticis. In Aphoris-

Hipp. lib. 3. Prognost.

mis

mis verò cùm prædixiſſet acutos morbos diebus 14. iudicari, mox infert: Septenorum quartus index eſt, alterius ſeptimanæ octauus initium. Contemplatorius autem rurſus vndecimus, hic enim quartus ſecundæ ſeptimanæ. Contemplatorius iterum decimus ſeptimus: hic enim quartus eſt à decimoquarto, ſeptimus autem ab vndecimo. Atque in his duobus libris omnes dierũ decretoriorum circuitus hebdomadis, & quaternionibus aſcribit, è quibus ſanè locis euidentiſſimum fit, tres ſeptimanas Hippocratem innuere, quarum ſecundam à prima ſeparandam eſſe voluit. Nam dixit, alterius ſeptimanæ octauum diem initium eſſe. Tertia autem ſecundæ ſeptimanæ copulatur, ait enim 17. eſſe quartum à 14. 7. ab 11. quod nõ fieret, niſi 14. dies bis numeraretur, & poſtremus ſecũdæ ſeptimanæ dies, tertiæ quoque initium exiſteret. Hãc autem & ſeparationem & connexionẽ in quaternariis obſeruãdam eſſe etiam innuit. Eos quoq; quaternarios ſua lingua ἐπιδήλους & θεωρητὰς, id eſt, contemplabiles & indices nominat, quòd quæ futura ſint in diebus criſimis præcipuis indicent, & quòd in illis quales hi futuri ſint, medicus contemplari poſsit. Nam quartus indicat 7. in 11. medicus contemplatur quid futurũ ſit 14. & 17. index

Hip. Aph. 24. lib. 2.

Septimanæ numerando inuicẽ connectendæ, aut à ſeipſis diſiungendæ in ordine dierum à 14 ſurgentium.

Cur indices & cõtemplabiles dicantur.

index eſt 20. Septimanæ vt ſeparantur & copulantur: ita quaternarii cõiungendi aut ſeiunctim numerandi erunt. Prima itaque ſeptimana vt à ſecunda ſeiungitur, ita tertius quaternarius à ſecundo ſeparabitur. Nã tertius quaternarius ſecundæ ſeptimanæ initiũ exiſtit, ſic etiam & ſeptimus quaternarius à ſexto ſeiungitur, quoniam quartæ ſeptimanæ, quę à tertia ſeparãda eſt, initium exiſtit. Reliqui omnes quaternarii cõiunguntur, ſiue diem vnum habent cõmunem. Siquidem quaternarii ipſarum ſeptimanarũ inuicem coniũgendi ſunt, tantum verò ſeiunctim numerandi erũt, vbi ipſæ ſeptimanę ſeiunguntur. Quemadmodũ igitur ſecunda ſeptimana à prima diducitur, nam ab octauo incipit die, & tertia ſecundæ copulatur, dies etenim 14. ambabus communis eſt, finis nempe vnius & initium alterius, vt etiam quarta ſeptimana à tertia ſeparatur, ea enim à 21. incipit, ita ſecundus quaternarius primo cõiungitur, dies namq; quartus finis eſt primi quaternarii, & initium ſecundi. Tertius verò quaternarius ratione ſeiũctionis ipſarum hebdomadarum à ſecundo dirimitur, quartus cum tertio cõmunem habet diem, nempe vndecimum, quintus item quarto copulatur ratione diei (vtpote 14.) ſecũdæ & tertiæ ſeptimanæ cõmunis. Sextus quinto con-

Prima ſeptimana ĩtegra eſt, & primo quaternario tantum cum ſecundo coniungitur.

Secunda vltimo ſuo quaternario cum tertia copulatur.

Tertia non 21. ſed 20. terminatur, & à quarta ſeptimana ſeparatur.

Quaternariorum connexio & ſeparatio.

nectitur, quoniam 17. finit quintum quaternarium, & inchoat sextum. Septimus à sexto diducitur, quarta etenim septimana à tertia, quæ 20. die terminatur, seiungitur. Incipit enim à 21. die. Octauus quaternio, à septimo non separatur in 24. die. Nonus à 28. die, incipit, & ab octauo quaternario ratione separationis quintæ septimanæ separatur. Decimus quaternarius nono coniungitur in 31. die. Vndecimus decimo cōiungirur in 34. die ratione coniunctionis septimanarum. Duodecimus item, copulatur vndecimo in 37. die. Nam iuxta Hippocratis doctrinam qualis est numerandi modus ad 20. diem, talis est à vicesimo ad quadragesimum. Quinta igitur septimana à 28. die incipit, & separatur à quarta. Sexta verò septimana, quintæ copulatur in 34. die, quo tempore finit quinta septimana, & inchoat sexta. Verùm obiiciet fortasse quispiā quòd in prognostico sic scripsit: postea verò eodem modo iuxta eandem additionem, primus circuitus 34. dierum est: secundus 40. dierum, tertius 60. dierum. Ergo videretur ipse Hippocrates malè post 20. diē, 34. annumerasse, quum ante ipsum 34. ex præcedentibus cōstet, 24. & 27. decretorios inter medios existere. Respondemus Hippocratem citato loco statim post 20. diem 14. an-

Qualis numerandi modus ad 20. vsque diem talis à 20. ad 40.

Quinta septimana cum sexta vltima sui parte connectitur. sexta a septima etiam separatur. sic ad 18. septimanam & eius finem nempe 120. diem progrediendum.

Obiectio.

Solutio.

merasse

numeraſſe,&eius meminiſſe,vt innueret eadẽ via poſt 20. nobis progrediendũ eſſe,qua ante viceſimum procedebatur. Nam quemadmodum ex eius doctrina duas primas ſeptimanas eſſe ſeiungendas, & tertiam cum ſecunda coniungendam, & ſecundam ab 8. & tertiam a 14. die incipere ſupra oſtendimus:ita hoc præcitato loco Hip.docet a die 34. qui 14. eſt à viceſimo, quo die finitur quinta ſeptimana, ſextam etiam ſeptimanã incipere. Deinceps vero poſt 40. ex 20. ſæpius aucto, iudiciũ feret medicus per circuitus perfectos,vt ſexageſimũ 80. 100. centeſimũ viceſimũ:hic vero cum quatuor conſtet menſibus, radix efficitur alterius ordinis qui per menſium quaterniones atque hebdomadas numeratur. Morbi enim in longius procedentes neque quarternariis primis, neque ſeptenariis, qui quaternarii etiam vltimi dicuntur, neque item intercidentibus diebus iudicantur:ſed ſolis maximis & perfectiſsimis circuitibus,qui ſoli in productis morbis vim ſuam retinent. Alii autem decretorii dies imbecilles, plane obſcurantur prout temporis progreſſu Criseων vehementia paulatim remittitur & langueſcit. Quod docet Gal.dum ſic ſcribit.Optimum eſt enim per differentias in morbis abs tempore ductas, tantum earum exiſti-

Circuitus perfecti.

120.dies quatuor menſes complectens alterius ordinis initium.

Non ſolum primorum quaternariorum ſed & vltimorum vis in morbis inueteraſcentibus obſcuratur & amittitur.

Gal. l. 3. prognosticon

mare esse numerum , quanta decretoriorum circuitio habetur:vt breuissimus quidem primo circunscribatur quaternario, postea vero is qui secundo, tum qui tertio, deinde qui quarto , mox qui quinto, ac demum qui sexto,qui quaternarius in diem vicesimũ deuenit: postea verò aboleri quaternarios,fieríque per septenarios iudicationes , deinde etiam hos aboleri procedente tempore: ita vt per vicenos dies morborum efficiantur solutiones: postea ad mẽsium numerum deuenire. Quæ quidem Galeni dicta sic accipienda videntur, nisi morbus sit complicatus, aut recidiua contingat, aut mutatio in acutum morbum fiat. Cæterum animaduertẽdum erit,talem esse numerum accesionum in intermittentibus febribus, qualis est numerus dierum in continuis. Vt enim per continuas quartus dies septimi index est:ita in intermittentibus quarta accessio septimæ index erit . Idcirco tertiana exquisita septem periodis,non diebus septem, natura sua iudicari solet.

Ga. locus quo modo intelligendus.

Vt ĩ febribus cõtinuis dies numerantur: ita accessiones in intermittẽtibus,

Gal. 4. Aphoris. & 3. prognost.

Κόσμος siue dierum Crisimorum, per minores, maiores, & perfectiss. periodos, in 120. auctorum, concinnitas.

MORBI INITIVM.		
Prima septimana. 1.2.3.4. 4.5.6.7.		Decima septimana. 61.62.63.64. 64.65.66.67.
Secunda. 8.9.10.11. 11.12.13.14.		Vndecima. 68.69.70.71. 71.72.73.74.
Tertia. 14.15.16.17. 17.18.19.20.	ἀκριβῶς τελεία περίοδος	Duodecima. 74.75.76.77. 77.78.79.80.
Quarta. 21.22.23.24. 24.25.26.27.		Decimatertia. 81.82.83.84. 84.85.86.87.
Quinta. 28.29.30.31. 31.32.33.34.		Decimaquarta. 88.89.90.91. 91.92.93.94.
Sexta. 34.35.36.37. 37.38.39.40.	Summè perfectus circuitus.	Decimaquinta. 94.95.96.97. 97.98.99.100.
Septima. 41.42.43.44. 44.45.46.47.		Decimasexta. 101.102.103.104. 104.105.106.107.
Octaua. 48.49.50.51. 51.52.53.54.		Decimaseptima. 108.109.110.111. 111.112.113.114.
Nona. 54.55.56.57. 57.58.59.60.	ἀκριβῶς τελεία περίοδος	Decimaoctaua. 114.115.116.117. 117.118.119.120.

Quinam dies in Epidemiis veris Crisimis ascribantur, & cur intercidant.

CAP. VI.

Lib. 1. sect. 3.

HIppocrates in Epidemiis aliam dierum Crisimorum doctrinam instituens, sic omnium ordine meminit: Quæ diebus paribus exacerbantur, paribus, iudicantur, quorum verò accessiones diebus imparibus fiunt, diebus imparibus iudicãtur. Est autem primus iudicatorius circuituum qui diebus paribus iudicant, quartus, sextus, octauus, decimus, decimusquartus, vicesimusoctauus, trigesimus, quadragesimus octauus, sexagesimus, octogesimus & cẽtesimus. Primus verò iudicatorius circuituum qui diebus imparibus iudicãt, tertius quintus, septimus, nonus, vndecimus, septimusdecimus, primus & vigesimus, vigesimusseptimus & trigesimusprimus. In hac sententia primum diem ex paribus quartum esse ait, deinde 6. mox in pluribus exemplaribus scriptus est octauus, deinceps decimus. In aliis 14. post sextum numeratur: deinde vicesimus, & post hunc in quibusdam 24. in aliis 34. ab hoc quadragesimus, deinde 60. deinceps 80. & centesimus. In morbis autem qui diebus imparibus iudicãtur, primũ ait circuitum esse tertium, deinde quintum, mox septimum, dinde nonum,

Lib. 1. Epid.

De dierũ citatæ Hip. sententiæ numero, varia reperiuntur exemplaria Græca.

Κόσμος siue dierum Crisimorum, per minores, maiores, & perfectiss. periodos, in 120. auctorum, concinnitas.

MORBI INITIVM.			
Prima septimana. 1.2.3.4. 4.5. 6.7.		Decima septimana. 61.62.63.64. 64.65.66.67.	
Secunda. 8.9.10.11. 11.12.13.14.		Vndecima. 68.69.70.71. 71.72.73.74.	
Tertia. 14.15.16.17. 17.18.19.20.	ἀκριβῶς τελεία περίοδος	Duodecima. 74.75.76.77. 77.78.79.80.	Summè perfectus circuitus
Quarta. 21.22.23.24. 24.25.26.27.		Decimatertia. 81.82.83.84. 84.85.86.87.	
Quinta. 28.29.30.31. 31.32.33.34.		Decimaquarta. 88.89.90.91. 91.92.93.94.	
Sexta. 34.35.36.37. 37.38.39.40.	Summè perfectus circuitus.	Decimaquinta. 94.95.96.97. 97.98.99.100.	ἀκριβῶς τελεία περίοδος
Septima. 41.42.43.44. 44.45.46.47.		Decimasexta. 101.102.103.104. 104.105.106.107.	
Octaua. 48.49.50.51. 51.52.53.54.		Decimaseptima. 108.109.110.111. 111.112.113.114.	
Nona. 54.55.56.57. 57.58.59.60.	ἀκριβῶς τελεία περίοδος	Decimaoctaua. 114.115.116.117. 117.118.119.120.	Maximus & perfectissim⁹ circuitus.

Quinam dies in Epidemiis veris Crisimis ascribantur, & cur intercidant.

CAP. VI.

Lib. 1. sect. 3.

HIppocrates in Epidemiis aliam dierum Crisimorum doctrinam instituens, sic omnium ordine meminit: Quæ diebus paribus exacerbantur, paribus, iudicantur, quorum verò accessiones diebus imparibus fiunt, diebus imparibus iudicãtur. Est autem primus iudicatorius circuituum qui diebus paribus iudicant, quartus, sextus, octauus, decimus, decimusquartus, vicesimusoctauus, trigesimus, quadragesimus octauus, sexagesimus, octogesimus & cẽtesimus. Primus verò iudicatorius circuituum qui diebus imparibus iudicãt, tertius quintus, septimus, nonus, vndecimus, septimusdecimus, primus & vigesimus, vigesimusseptimus & trigesimusprimus. In hac sententia primum diem exparibus quartum esse ait, deinde 6. mox in pluribus exemplaribus scriptus est octauus, deinceps decimus. In aliis 14. post sextum numeratur: deinde vicesimus, & post hunc in quibusdam 24. in aliis 34. ab hoc quadragesimus, deinde 60. deinceps 80. & centesimus. In morbis autem qui diebus imparibus iudicãtur, primũ ait circuitum esse tertium, deinde quintum, mox septimum, dinde nonum,

Lib. 1. Epid.

De dierũ citatæ Hip. sententiæ numero, varia reperiuntur exemplaria Græca.

poſtea vndecimũ, deinde 17. poſtea 21. mox 27. à quo triceſimũprimũ. Hac itaque oratione conſtat Hippocratem non ſolum hos dies qui magnam decernendi vim habent, & in quibus ſi nullum committatur erratum, ſemper iudicatio fit, enumerare: ſed etiam vnà cum veris his diebus παρεμπιπτούσας ἡμέρας, recenſere. Continentur enim inter criſimos veros intercidentes dies, ita vocati, ſiue prouocatorii, cuiuſmodi ſunt tertius de morbis decernens, dum iudicationem eam quæ quarto die fieri debet præuertit, & quintus, dum illum qui ex quarto die in quintum excidit iudicat, ſunt etiam intercidentes ex paribus diebus ad viceſimum vſque procedendo, ſextus, octauus & in quibuſdam codicibus decimus, & decimusoctauus, ſextus enim plurimos egrotantes ad malum iudicat, dum futuram iudicationem in ſeptimo, anticipat. Nonus quoque quoſdam iudicat, raro octauus, & 13. Præterea 18. & 21. iudicant, minus tamen quàm 17, aut 20. ratione quaternionum & hebdomadarum. tertius quoque & quintus, iuxta Galeni ſententiam, meritò iudicant, non quod τῆς σεληνιακῆς περιόδου λόγῳ id eſt ratione lunaris circuitus, vim & facultatem decernendi ſortiantur: ſed quod vel tertius τῶν παροξυσμῶν βίᾳ id eſt acceſsionis violẽtia, iudicationem

Id eſt intercidẽtes dies.

Intercidẽtes ratione motus materiæ potius quã lunaris circuitus, de morbis decernũt. l.3. κρισ. ἡμερ

quarto die futuram præoccupat, vel profecto quod dum natura quarto die lassa, nec vsquam concitata conquiescit, quinto tandem ad iudicationem commouetur. 5. enim crisimo vero tardius decernere 3. vero paulo magis anticipare, experientia comprobatur. Ambo autem idcirco vim decernendi habent, quod cum sint vero crisimo proximi, eius ipsius excipiunt accessiones, quæ de eorum numero sunt, quæ naturam stimulãt, & veluti prouocant, eam nec consistere, nec conquiescere permittentes, verum concitantes, irritantesque, & quasi dixeris pugnam indicentes, vnde cum in morbis acutis accessiones fiant, in imparibus diebus, in ipsis fiunt iudicationes. Tertius itaque & quintus coincidunt, quòd iudicationes cum accessionibus fiunt, huius rei causa haud obscura est. Nam perturbationis vehementia, naturam, ea quæ ipsam molestãt, etiam ante tempus propellere compellit. Tempus autem actionis huius tum incipit vbi primum alteratrix facultas cessat. Tunc enim facultas expultrix functionem suam obit, rebus omnibus secundum naturam factis, cum alteratrix functionem suam obire desiit. Verum aliquantò ante perfectam coctionem, quæ noxia sunt & molesta amoliri & propellere cogitur, vt & aliquando etiam com-

Cur. 3. & 5. coincidunt.

Expultrice facultate a magno humorum vitio & copia, in morborum insultibus irritata, prælmatura fit iudicatio.

pleta iam & abſoluta coctione cunctatur, ac præ imbecillitate ſuum lenté munus obit. Vtraque vero hæc in ventriculo claré perſpicere licet. Irritatus enim & ſtimulatus, coctionis tempus non expectat: ſed protinus etiam id quod benignum eſt & familiare, vna cum eo quod moleſtat, excernit. Haud aliter ac plerunque etiam eius quod iam ſatis concoctum eſt, ſuperfluum præ imbecillitate cunctatur expellere. At cum is ſecundum naturam habet, perfectæ coctionis tempus idem ipſe eſt, & terminus expulſionis excrementorum, quem neque anteuertit, neque cum iam præſens adeſt, retardat. Cæterum vt in ventriculo, ſic in ſingulis totius corporis partibus facultas quædam alienorum expultrix eſt, quæ eadem criſes in morbis efficitque idcirco tum optimæ contingunt, cum iam omnia in animantis corpore fuerint concocta. Criſim autem præuenire (ſic enim προεκρήγνυσθαι quaſi prærumpere dicas, appellare conſueuit Hippocrates) pernicioſum eſt. Nam tum benigna & vtilia vna cũ his quæ etiam moleſtãt excernũtur, fitque hoc natura incitata, vel ab exteriore quopiã, vel ab iis quæ in ipſo corpore concluſa detinentur. Extrinſecus vero eſt, cùm medicus, qui parum recte quid fecerit, tùm vero & ægrotus & miniſtri, nec non & alia

l.3.de natur. facult. 5, locor. malè aff.

Criſes quando optimæ contingunt

l. 3. Criſeon. Hip, eodem ſenſu προκρίνεσθαι *protulit l.2.epid & libr.* περὶ χυμῶν

quæ propriè exteriora nominantur. In ipſo verò corpore ſunt morbi ipſi, horũ cauſæ, & acceſsiones, iam verò & nonus etiam in medio duorum criſimorum ſeptimi, inquam & vndecimi collocatus, vel non factam in ſeptimo iudicationem, vel in vndecimo futuram ſibi vendicat, ſed rarius quidem ſeptimi, frequenter verò vndecimi. Etenim peculiaris & propria ſeptimi diei iudicatio nunquam ad nonum, niſi fortè multis erroribus commiſsis peruenit. At vndecimi diei iudicatio, contra ſe habet. In hoc enim fit iudicatio etiam, cùm omnia ritè acta fuerint, & nõ diei violenta fuerit acceſsio. Porrò quod eiuſmodi dies propter vehementiſsimas acceſsiones intercidant, euidenti demonſtratione hinc colligi poteſt, quod in productis morbis nõ ſimiliter eueniant. Nam in productis vt acceſsionum vehementia langueſcit, ita & dierum intercidentium numerus minuitur. Sic rurſus acceſsionis vehementia iudicationem alio quàm ſtatu, tempore fieri compellit. Quare in omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicari videre liceat, quod in ſecũda ſeptimana non euenit, & in tertia adhuc minus, in quarta rarius, quoniam morbi peracuti primis ſeptem diebus finiuntur. ſupremus enim ipſorum dies decernere natus ſeptim⁹ eſt, ante quem non

Cur ob acceſſionum violentiam dies intercidant.

Criſes in acceſsionibus fiunt humoribus ita concitatis vt veluti ebullientes erumpant.

quartus modo, ſed & alii dies iudicationem excipiunt, in ſecūda autem ſeptimana, aliiſque ſequentibus, cum morbi non ſint adeò acuti, idcirco tam citò ex humorum motu iudicationes non fiunt. In primis etiam morbi diebus iudicationes in imparibus diebus potius euenire, in productis vero potius in diebus paribus cōtingere innuit Hip. dū ait: Quæ diebus exacerbātur paribus, iiſdem iudicantur, quorū vero acceſsiones diebus imparibus, fiunt diebus imparibus iudicantur, ſed de his lib. ſecundo. Dubitaret hic fortaſſe quiſpiam cur hipp. ſcripſerit acutos imparibus diebus acceſsiones habere, quum acutorum morborum acceſsiones continuæ exiſtant, ac ſi impares quantum ad acceſsiones ſpectat, paribus præferātur, & grauius affligant. Huic quæſtioni ſatisfacere poteris, ſi duplicem continuarum febrium ſeu acutorum morborum adferas differentiam, vnam eorum quorum vnica tantum eſt acceſsio, ſeu qui à principio vſque ad iudicationem ſemper ſimiles manent, & in quibus tàm pares quàm impares ægros affligūt: Altera differentia eorū acutorum eſt, qui tertio quoq; die acceſsionū exacerbationes obtinent: ſeu qui licet in quietē febre vacantem, priuſquā omnino iudicentur, non deſinant, aliquam tamen ſenſibilem remiſsionē habent, quàm

Adeo violenti quid habet acceſsionis vehementia: vt omnibus fere diebus primæ ſeptimanæ criſes accidant quod in 2. nō fit & minus in 4. & 5. ſeptimana.

In longis morbis criſes in paribus fiunt,

L. 1. epid

An acutorū morborum acceſsiones continue ſint

Dubitatio.

Solutio.

Continuarū febrium ſeu acutorum morborum duplex genus l. 2. Criſeon.

accesſionis exacerbatio excipit: de hac ſecũda acutorum morborum differentia, Hippocratis verba intelligenda ſunt. Porrò cum hæc ita vt ſuprà dictũ eſt, ſe habere non dubitaret Hippocrates, eius cõſilium fuiſſe exiſtimo, non tantum eos dies qui magnam iudicandi vim obtinent, in epidemiis recenſere: ſed ſimul cum veris criſimis, intercidentes (quorum in acutis morbis non exigua etiam habenda ratio eſt) enumerare. Iccirco mirum quoque non videbitur, ſi in Epidemiis aliter, quàm in Aphor. & Prog. ſcripſerit, duplicemque doctrinam de hiſce diebus tradiderit.

Qui dies ad 40. vſque, præter indices & decretorios veros, ab Hip. in Epid. recẽſentur

indices ſex.	4. 11. 17. 24. 31. 37.
Criſimi ſex.	7. 14. 20. 27. 34. 40.
Intercidentes, tum pares, tum impares decem.	3. 5. 6. 8. 9.
	10. 13. 18. 21. 30.

Quodnam morbis principium aſsignandum ſit CAP. VII.

ANtequam dierum criſimorum hiſtorias percurramus, prius quodnam morbo principium aſsignari oporteat, inquirendum videtur: vt inde dierum ordo, & ſupputatio deriuetur. Principium morbi, ab ægri decubitu conſtituere, rationi non eſt conſentaneum. Etenim fere fit vt imbecillis quiſpiam, ac paulò delicatior & leui de cauſa ſuſpicioſus, ſtatim decumbat: contrà vero robuſtior aliquis, & morbum facilius ferens, vel quia abs ſedibus domeſticis procul abeſt, vel quia in aliquo ciuili negotio occupatus eſt, vel ob alias eiuſmodi cauſas, nondum poteſt decubuiſſe, licet malè affectus ſit, neque etiam primus morbi inſultus principium morbi exiſtit. Nam ferè eſt inſenſibile, & ratione potius contemplabile At, Aſclepiadarum medicina non eſt eiuſmodi: ratione ſiquidem contemplabiles morbos neque dignoſcere, neque curare illi dignati ſunt: at ſenſibiles, & manifeſtos potiſsimum, cum acuti fuerint, in quibus vel maximè dierum decretoriorum conſideratio, neceſſaria eſt. Sane quemadmodum omnium medicorum diligentiſsimus Hippocrates, vniuerſa hæc cùm obſeruaſſet, memoriæ prodidit, plurimos de-repente nullo ſibi

Morbi principium.

Qui tardius qui citius ſoleant decumbere.

lib. I. κρισ. ἡμερ.

A ſēſibili & manifeſto initio, dierum criſimorum ratio ineunda.

Iudicationes pendent ab eo tempore quo quis inſigniter febricitat.

antea oborto symptomate, nonnullos vero stantes,& rectos, grauius habentes febricitare incœpisse: ita & iudicationes manare & proficisci ab eo primo die quo febricitant homines,non ab illo quo primum cibos fastidiunt, aut capitis grauitatem sentiũt,aut segnes,& ad motum pigri fiunt,aut eiusmodi quidpiam patiuntur obseruauit. Proinde cœnatos plerósque, faciléque se ad cibum habentes, & exercitatos, & lotos derepente morbum corripuisse, Hippocrates de multis ęgris scriptum reliquit:ipse etiam de aliis ægrotis contrà, priusquam ægrotare inciperent,etiam erectos & stantes (quo tempore nondum νοσοῦντας, sed ἐνοχλοῦντας ὀρθοστάδην vocat) grauius habuisse, scribere consueuit. Nam statu 3. lib. 1. Epid. Erasinum, qui iuxta Bootæ torrentem habitabat,à cœna igne correptum fuisse refert. Phreniticum item, qui ordine quartus est æger, statu 3. lib. 3. Epidem. Primo die, febre horrida vexatum iacuisse scribit. Item Caluum in larissa fœmur dextrum de-repente doluisse, ac primo die febre acuta prehensum esse ibidem commemorat. Sic mulierem ex abortiuo fœtu,circum Pantimidem primo die ignẽ prehendisse narrat, Pythiona quoque qui prope Telluris sacrum habitabat, primo die tremore manuum & febre acuta

Quidam de repente morbo corripiuntur alii prius erecti & stantes grauius habent.

Qui ægroti primo morbi die febricitare inceperint Erasinus ægrotus 8. status. 3. l. 1. Epid.

Phreniticus ægrotus 4. stat. 3. lib. 3 Epid.

Caluus in larissa ibid.

Mulier ex abortiuo fœtu. l. 3. epid.

Pythiõ ibid.

acuta prehensum esse recēset. Sic mulierem illam in Cyzico, quæ gemellas puellas peperit, & quæ non admodum purgata est, primo die febre horrida, acuta, correptam fuisse dicit. Contrà verò lib. 1. Epid. sic scribit: ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα, πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. id est, multis autem ad alteram aurem tumores erant, plurimis ad vtramque non febrientibus & rectis. Hoc loco Gal. ὀρθοστάδην ἀνθρώπους ἐνοχλεῖσθαι. exponit ita à tumoribus fuisse afflictos, vt eas tamen ferrent sine tristitia, obambulantes & consueta obeuntes munera, & vt in vehementibus morbis, iacere opus non habentes. Hipp. etiam lib. 3. Epid. eum qui in Dealcis orto iacebat diutius capitis grauitate affectum fuisse, dextróque tempore dolētem cum occasione igne prehensum fuisse, ac iacuisse scribit. Sic Apollonius in Abderis, ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πολλόν: id est, rectus longo tempore sufferebatur. Item statu 2. lib. 1. Epid. refert Hippoc. In æstate, & autumno, lienterias, dysenterias & tinesmos & diarrhœas, Thasios corripuisse, ac subiungit, ἐγίνετο δὲ ταῦτα πουλλοῖσιν ὀρθοστάδην ἀπύροισιν πολλοῖσι δὲ πυρέττουσιν, id est, fiebāt hæc multis rectis & febre carentibus, multis & febrientibus. Principium igitur morbi id tempus constituendum est, quo febris adeò insigniter

Mulier in Cizico.l.3.Epi.

ὀρθοστάδην ἐνοχλεῖσθαι quid.

Qui in Dealcis horto iacebat. vbi supra.

Apollonius in Abderis. ibid.

insigniter actiones lædit, vt homo non amplius rectus stare valeat, sed decumbere cogatur. Verùm quispiam fortasse aduersus ea inferret, perperam igitur Hippocratem in Prognosticis docere, ab hora partus cùm nondum febre corripitur enixa, supputationem dierum ineundam esse, nam eò loci principium numerationis fieri vult, non quo die cœperint febricitare mulieres, vt secundo aut tertio à partu, sed eo ipso die quo pepererint. & Gal. ibidem ait principium numerationis tibi fiat, non quo die cœperint febricitare, sed quo pepererint. In quibusdam igitur circa secundum, aut tertium incipiunt diem à partu, ex quo multi numerant futuram crisim, at res non ita se habet: sed ex quo pepererint, dierum numerationem fieri oportet. Sic responderi posse videtur morbos potissimum iudicari, quum humorum agitatio adest: verum in puerperis, agitatio humorũ magis partum quàm febrem comitatur: quãdoquidem in partu humores praui, diutius in parturiẽtis corpore accumulati & quiescẽtes, plurimũ in partu commouentur & agitantur. Cùm autem humorum turbationis, & excretionis motus, in ipso partus tempore initium adsit, æquum erit sequentes dies ab eo partus die deriuare, ac futuram iudicationem per

Obiectio

l.3.Prognost.

Solutio.

In causa antecedente existentes humores, febris causa coniunctam induunt.

Quamuis in quibusdam parturientibus febris sese non prodat

per excretionem aut abſceſſum ex ipſo partu, non febre numerare. Cùm itaque in diebus ad partum analogiam habentibus humores ad iudicationem ſiue excretionem maximè moueantur, ab his ſupputatio exordienda videtur: idque tùm in partu naturali tùm non naturali obſeruandum. Neque tamen duplex ſupputatio ineunda, vna à die partus, altera à die febris: vt nonnulli exiſtimarunt, rem enim nõ ita ſe habere vult Galenus: ſed ex quo pepererint numerationem fieri oportere dierũ ait his verbis: καθ' ἣν ἡμέρην ἀποκυήσει ἡ ἀρχὴ τῆς ἐξαριθμήσεως γινέσθω σοι, μὴ καθ' ἣν ἤρξατο πυρέττειν. verbi gratia ſi quæpiam enixa ſecundo à partu die febre corripiatur, & illius febris iudicationem vndecimo die futuram medicus prænouerit, duplici ſupputatione vtendum non erit. Alioqui enim ratione febris iudicatio XI. die expectanda eſſet, ratione verò partus in 10. at decimum de morbis non decernere conſtabit ex his quæ poſtea dicemus. Præterea ſi medicus præuiderit febris futurã criſim 17 die, ratione partus 16. die eueniret, alia in 19. recideret, quę 20. expectatur: atqui hoc fieri nõ poſſe, nec hos dies criſimos eſſe infra oſtẽdemus: idcirco duplici cõputatione vtendũ nõ erit. Cæterum partus non iudicat citam aut tardam criſim, ſed ſola morbi ſpecies, cum

Sed ob dolorum aliorũ ſymptomatũ. pregnãti cõtingẽtium vehementiã quodammodo obſcuretur, ſedatis tamen vehemẽtioribus doloribus febris ipſa tandem ſeſe profert ac pro ratione humoris eam committentis ſtatis temporibus recurrit aut continuè enixam infeſtat.

Duplici ſupputatione vtendum non eſt, vt vna à febre, altera a puerperio fiat.

Recentiorũ opinionis refutatio. Rationes.

Consideratio à febre, supputatio quæ vnica est, à die partus sumitur.

vehementia,more,motu & aliis. Verùm ne videamur ab Hipp. discedere,dicemus considerationem quidem à febre sumendam esse,supputationem verò,quam vnicam esse diximus, à die puerperii exordiendam. Considerandum enim erit an morbus peracutus sit, an acutus:si non exactè peracutus sit morbus,qui 7.die desinat,is dies non à febre,sed à die partus 7. erit : si vero secundò à partu die , febre exacte peracuta corripiatur mulier,febris hæc quarto die, aut tertio à partu desinet: si autem acutus sit qui intra 14. iudicari debeat,dies erit 14. à partu non à febre : Quæ quidem intelligenda videntur in his febribus, quæ agitatis & commotis adhuc humoribus 2. aut 3 . die à partu prehendũt: In his etenim motus humorum febrem committentium,motum in puerperii die factum comitari potest, in aliis verò minimè, si febris acuta fiat.Nam si die 6.à partu mulier in febrẽ 7.die iudicãdam incidat,7. ille dies à partu numerãdus non erit, humorum enim motus validissimus qui in partu fit,tãdiu non durat, vt eum sequi posit iudicatio febris : his accedit quòd 7.hic dies secundus esset dies febris, quo quidem die morbus ex sua natura non iudicatur. Doctrinæ Hippo. hæc consentanea esse patet, ex historia Philini vxoris lib.1.Epid. quam 14. die à partu

In Thaso Philini vxor statu 3.l. 1.Epid,

cum purgata rectè esset, & cætera bene haberent, ignem cum rigore eam prehendisse narrat Hipp. Deinde dies crisimos, & præter hos sextũ recensens à 14. die, vigesimo eam obiisse affirmat, ex qua quidem historia cõstat Hippocratem non exordiri supputationem à partu, sed à die febris, alioqui sextus fuisset 19. & septimus vicesimus, & dies in quo obiisset 33. at tricesimustertius non est criticus, sed 34. Verumenimvero enumerationem criticorum dierum interdum, licet rarissimè, à febre, siue morbo, nõ à partu exordiri negãdum non erit. vt constat libro 1. Epid. ex historia vxoris Epicratis, hæc cùm filiam peperisset, secundo die à partu febris acuta eam inuasit, & áb eo die, omnem deduxit supputationem. Hipp. historiæ initium eiusmodi est. Epicratis vxor, quæ ægrotabat apud Archegetem instante iam partu, rigore correpta est, non incaluit vt ferebant: postridie eadem erant, tertio die filiam peperit, cæteráque rite consecuta sunt: postridie partus eam febris acuta inuasit, cordis dolor & muliebrium, nulli erãt somni: per suppositam glandem hæc leuiora facta sunt, sed caput, collum & lumbi dolebánt: aluus pauca biliosa, nõ cõcreta, mera, vrinæ tenues subnigræ, sexto die, qua illam febris corripuerat, sub noctem delirauit: septimo omnia ex-

Licet aliquãdo, raro tamen fit, vt indicatio aliqua factã à die febris computationem, nõ eam quæ à partu fit, sequatur.

Vxor Epicratis l. 1. Epid.

acerbata, vigiliæ delirauit, sitibũda, deiectiones omnes syncerę, biliosę &c: atque ita vsque ad octogesimum à febre, non ab hora partus dies connumerat. In historia etiam Dromeadæ vxoris, omnem computationem exorditur à die febris, non à puerperio. sic enim ait: Dromeadæ vxorem quæ filiã erat enixa, cæteris rite consecutis, postridie rigor cœpit, febris acuta. Primo die ex præcordiis laborare cœpit, fastidiosa, horrens, implacida: sequentibus diebus, somnum non cœpit, spiritus rarus, magnus, præcordia statim reuulsa, postridie eius diei, quo riguerat, aluum commodè reddidit, vrinæ crassæ, albæ, turbidæ, cuiusmodi sunt quæ in matellis diu steterunt, cum agitantur non subsidebant, nocte non dormiuit, tertiò die circa meridiem riguit, tandem sexto die illam mortuam fuisse affirmat. Quo fit vt manifestum sit Hip. docere nos dierum crisimorũ enumerationem à febre, vel à morbo esse interdum inchoandam. Neque tamen sibi contradicit, nec mirum esse debet, si secus acciderit in his duabus mulieribus. Nam quẽadmodum nonnunquam, licet raro, accidit vt 13. iudicentur morbi acuti, & anteuertãt 14. qui eorum terminus est, itémque contingit vt in 21. protendantur morbi, qui 20. die iudicandi erant: ita in enixis accidit vt criti-

Dromeadæ vxor. L. 1. epid.

Hippocrates à contradictione vindicatur.

ci dies, qui à puerperio numerandi forent, ab ipſa febre nonnunquam, quamuis rariſſimè, numerentur. Quod autem ſæpè fit in arte medica, vt verum eſt accipiendum, quamuis non ſemper eodem modo id eueniat, ſed rarò aliquando aliter accidat, vt teſtatur Gal. com. 58. lib. 6. aphor. dicens. Si quis verò aliquando vidit omentum quod paruo tempore extra prodierit, & deinde ad ſuum locum reductum, non putruerit, perpetuum quidem non eſſe probabit Hippocratis enuntiationem: illud tamen ſeruabit, quod magna ex parte ſolet accidere, & cõmune eſt huic aphoriſmo, ad alios ab Hippocrate dictos perpetuum quoddam ex figura dictionis oſtendente, quamuis res ipſæ non ſemper eodem modo eueniant, ſed raro aliquando aliter accidant. Itaque ſi quis contentionis æſtu hiſtoriis citatis ſibi repugnare Hipp. probare conaretur, promptum & facilè eſſet reſpõdere, rarum quidem hoc eſſe, aliud ſæpiſsimè accidere conſueuiſſe. Quinetiam Hipp. id ſolum quod plerunque oculis vſurpauit, pronuntiat, nulla habita ratione eius quod raro accidit. Non ſunt igitur morborum principia ex contemplabili quopiam, & rationi innixa coniectura, ſed ex ipſa energia, & actione auſpicanda, cùm primum ſcilicet æger ipſe morbum ſic ſe in-

Quod ſæpè vt verum accipiendum eſt.

Hinc illud vniuerſale medicorum in multis veritatem habet.

Hippocrates quod crebro oculis uſurpauit, enunciat, omittẽs quod raro fit.

uadentem adeò manifestè ſenſit, vt præſentem quempiam, & obuium quemuis medicum conſulere deliberarit, ac cum adeò ininſigniter febricitat, vt amplius erectus ſtare non poſsit, ſed coactus, niſi locus aut tempus impediat, decumbat. Cæterum numerationis principium in recidiuis, non à recidiuæ, ſed à prioris morbi principio deriuandum erit, ſi morbus non ob alicuius partis intemperiem, ſed ratione cauſæ materialis relictæ reuertatur, tum enim recidiua eadē cum præcedente morbo exiſtimanda eſt, ac vna dierum criſimorum ſupputatio ineūda, à die quo primùm aliquis morbo correptus eſt. Quod Hippocrates in hiſtoria Anaxionis obſeruauit. Item febres ob inflammationes ortæ, à die inflammationis, non autem à die febris computandæ erunt. Præterea febris vulneri superueniens, ſi humorum cōmotionem vulneris ratione ſequitur, ab ipſo die, quo vulnus inflictum eſt, numerāda erit. Inflammationes verò internæ, vt quo die rumpi debeant præſagire poſsimus, non à morbi, ſed ipſius inflammationis principio, quo puris generatio incœpit, ſupputandum eſt. Id autem oſtendunt febris, rigor, pondus pro dolore. vt plurimum 20. 30. 40. aut 60. die, pro ratione caliditatis frigiditatis, regionis, ætatis, temporis, rumpuntur.

Principium recidiuæ à præcipui morbi principio quando ſumendū. Recidiua interdum eadē cum priore morbo.

Anaxion lib. 3. Epid.

Principium à principio inflammationis à quo pēdet febris, ſumendum eſt.

A die vulneris inflicti.

Principium ſupputationis rumpendæ.

l. 2. prognoſt.

Cum

Primi & ſecundi diei hiſtoria. Cap. VIII.

CVm ex prædictis ſatis conſtet, vnde certũ morbi ſumi debeat principiũ, à quo dierum enumeratio exordienda ſit, nunc dies omnes recenſendi ſunt, vt qui critici ſint, qui non critici ex Hippocratis & Galeni doctrina oſtendamus. Primus dies & ſecundus vna quidem ratione, criſimi dici poſſunt, altera verò non. Nam ſi criſis nomen in ea ſignificatione ſumatur, vt morbi ſolutionem ſimpliciter ſignificat, criſimi dici poſſunt: febres enim diariæ, quæ natura ſua vnica acceſsione conſtant, partim in primo, partim in ſecũdo die, ſolutionẽ nanciſcuntur. Verùm, criſimos exiſtimare non oportet, ſi præceps ac ſubita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi ſolutionem præcedens, criſis nominatur, quòd nullã agitationem & perturbationem (quàm Galenus alias ταραχὴν interdum ἀγῶνα alias etiam σάλον appellat) ſolutionem præcedẽtem, in his nequaquam fieri conſpiciamus. Non defuerũt tamen qui primum diem decretorium primum ordine eſſe aſſererẽt, tum quod febres diarias in eo die, ſolui contingeret, tũ quòd Hipp. lib. I. Epid. decretorios dies recenſens primi etiam diei meminerit. Quin ſuã opinionẽ Hippocratis authoritate ſtabilire conantes, locũ ex lib. Progn. citant de emor-

Primus dies & ſecundus quando criſimi dicendi quando non. Criſis duplex ſignificatio.

Febres diariæ ad bonũ deſinunt poſt vnicam acceſsionem.

Perturbatio critica quibus nominibus à Galeno vocatur.

Obiectio.

tua facie sic scriptũ κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτὶ ἰν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. die noctéq; iudicatur siquidẽ ob eiusmodi causas hæc faciei species orta sit: sed hi plurimùm falluntur. Quãuis enim diariæ in primo die iudicentur, id tamen sine certamine, aut insigni perturbatione fit. Hæc enim simplissimæ sunt, ac sine humorũ putredine spiritus tantum affectiones existunt, quæ sine magna ac præcipiti agitatione, vt & hecticæ, permutantur. Neque etiam Hipp. in eo ex Epid. loco quem ad suæ assertionis confirmationem proferũt, primi vsque diei meminit. Circuitus enim primus, & non diesprimus, apertè ibi scriptum est, in pariũ sci licet impariúmque catalogo, sic enim legitur αγ ac si diceret Hipp. primus ex imparibus est tertius. Quemadmodũ igitur in parium catalogo, postquam primi circuitus mentionem fecit, quartum diem subinfert, sic in imparium numero, tertiũ. Vbi autem lib. 1. prog. scriptũ est κρίνεται δὲ τα τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νύκτι, hoc loco κρίνεται, interpretari non debet παύεται, aut λυέται, ita vt morbum solui velit Hippoc. aut desinere vel ad salutem vel ad mortem die vno & nocte vna, vt illi falsò interpretantur. Nam ibi κρίνεται dicitur ὡς ἐκεῖ τοῦ δοκιμάζεται καὶ ἀναγνώριζεται. id est, loco eius quod est probatur ac cognoscitur ita vt velit

Dilutio.

Diariæ febres spiritus affectiones sunt, ac sine lucta cessãt.

Hippocrates non primi di ei crisimi: sed primi circuitus meminit.

velit Hipp. medicum intra diem, & noctem, seu primum diem naturalem deprehendere, & diiudicare posse, an talis facies ab externa causa, an ab interna prouenerit. Nam si vt in eius loci explicatione docet Gal. ab externa causa sola, vt insomniis, euacuatione, aut fame, eiusmodi facies extiterit, die & nocte, siue spatio 24, horarum corrigetur & emendabitur. Si verò à causa interna, vt affectione, in corpore, aut talis permanebit aut deterior euadet. Primus itaque dies propriè crisimus non est, ac perperam Hipp. verba interpretantur, qui iis suam opinionem falso stabiliunt, vt contra asserere posint. Primus dies index esse potest, si quis enim primo die, acuta febre corripiatur, at ipsi tamẽ nullum periculosum signũ adsit, sed aliqua coctionis nota in vrinis deprehensa sit. Huic die quarto, & non vltra, morbus ad bonum iudicatur, sin omnia contrà, primò statim die lethalia deprehẽdantur, absque vllo coctionis signo, æger ad malum intra diẽ quartum iudicabitur, quod innuit Hipp. lib. 3. prognost. dum sic scribit: Simplicissimæ namque febres, & signis securissimis nitentes, quarto die desinunt, aut prius: malignissimæ verò & quæ cum signis horrendissimis fiunt, quarto die aut prius occidunt. Neque tamen Erasinus ab hoc

Medicus intra diem & noctem deprehendere & diiudicare debet, an facies Hippocratica ab exteriori causa euenerit an interiori.

Primus dies quarti index esse potest.

Hipp.placito excipiendus est. quanuis morbo acutissimo cum signis grauissimis laborarit & die quinto obierit. Ille enim primũ diem quietum habuit, vt testatur Galenus in com. Erasinus itaque (infit) quanquam grauia omnia haberet, ad diem tamen quintum productus est, quod primo die mediocriter haberet. Scripsit siquidem in eo ad verbum ita: primus dies quietus. Quintus itaq; dies, quo defunctus est, 4. est, si 1. non connumeraueris. Verùm, abhoc decreto Philiscus, qui primus est constitut. 3. 1. Epid. exceptus esse videtur: nam quanuis hic primo die acuta febre prehensus esset, ac periculosa cum signa tum symptomata habuisset, extra quartum tamẽ (nam sexto interiit) iudicatus est. Sed Galenus eo loco notat accessiones diebus paribus in eo factas fuisse, ipsumque, ad diem octauum sufficere potuisse, nisi quintus sanguinis puri stillam cum frigidis sudoribus nec amplius recalescentibus, vrinis item nigris, attulisset, quæ omnia satis arguebãt eum, accessionem sexto die futuram perferre non posse.

Erasinus quinto die obiit, quarto tamẽ obiisse, quomodo dicendus l. 1. epid.

Philiscus cur à prædicto decreto excipiẽdus sit

Tertii diei historia. CAP. IX.

PRincipium dierum morbos acutè iudicãtium, & cum perturbatione aliqua immutantium, tertius ab initio dies statuendus venit, non quòd is vllam habeat cum prima septimana cõmunionem, societatemve: sed quod de coincidentium ordine sit. Tertium enim & reliquos intercidentes dictos decernere vult Galenus, ratione motus materiæ, potius quàm ratione motus lunaris: ac illos tantùm dies qui hebdomadam, vel bifariam diuidunt, vel terminant, vi cœlesti nixos, morbos iudicare statuit. Qui septimanam mediam secant, nempe in quibus luna est in medio quadræ, hi indices dicuntur. Qui verò eandem claudũt, & in quibus luna est in fine quadræ, hi crisimi vocantur. Vtrique autẽ vulgò radicales dicuntur, quasi lunæ motui ita annexi sint, vt eandem semper constantiam, ordinémque retineant, nec vnquam nisi ob errores commissos, aut naturæ ignauiam, iudicandi officium intercidentibus delegent. Tertius itaq; accessionis violentia crisim quarto die futuram præuertit, estque imparium crisimorum primus, vt suprà ex Hipp. retulimus, quandoquidem acutissimi morbi, biliosissimi sunt, morbi verò biliosi, diebus imparibus accedũt. Morbi igitur peracuti,

Tertius dies impariũ crisimorum primus est.

Lib. 3. κρισ. ἡμερ.

Intercidẽtes motu materiæ: indices et decretorii, vi cælesti de morbis decernunt.

Qui indices, qui decretorii, & cur vtrique radicales.

Tertius imparium crisimorum cur primus.

cùm primo die vehementiſsimam habeant accesſionem, iudicabuntur tertio die, qui eſt principiũ ſecundæ accesſionis. eam enim quæ tertio die fit accesſionem, proportione reſpondentem primæ, nanciſcuntur. Cum in pr ma ipſos antecedente turbatione iudicari non contingat. Per vehementiores autem accesſiones criſes fiunt, & morbi qui imparibus diebus mouẽtur, citiùs iudicatione terminantur. Idcirco dixit Hip. Sanguinisè naribus eruptiones quarto die in tertiana factas, malas eſſe. Cum enim tertiana vnum ſemper intermittit diem, fieri nequit vt iudicatio in quarto die contingat, quando is vnus ſit ex intermittentibus: altero autem die, hoc eſt, quinto tertiana febris vnà cum rigore iudicabitur. Tertium diem decretorium eſſe Hippocrates etiam experientia comprobauit. Nam lib. 3. Epidimiων, Mulierem in Thaſo tertio die liberatam eſſe ſcribit. Hiſtoria eiuſmodi eſt. In Thaſo mulier auſtera nimium, ex triſtitia cum occaſione, quum recta eſſet, fuit tùm vigil, tùm abſque cibo, ſitibundáque erat, & anxia, habitabat propè filios Pyladæ in campo. Pr mo die incipiente nocte, timores, verba multa, mœſtitia, febricula leuis, mane cõuulſiones multæ. Cum verò deſinerent conuulſiones multæ, delirabat, & valenter fabulabatur,

Ratio.

Per acceſsiones morbi iudicantur.

Morbi qui ĩparibus mouẽtur, citius criſi finiũtur. Hip. lib. 1. Epid. sect. 2.

In Thaſo mulier tertio die iudicata. lib. 3. Epid.

labatur, dolores multi, magni, continui. Secundo die eadem nihil dormiuit febris acutior. Tertio quidem die, conuulsiones cessauerũt, cωma verò & cataphora, & rursum vigiliæ infestauerunt, continere non potuit, multum delirauit, febris acuta. Nocte eadem sudauit, sudore multo calido per totum corpus, absque febre dormiuit, omnino mente constitit, iudicata est circa tertiũ diem, vrinæ tenues, nigræ, æneorema valde rotundum, non subsidebant. Circa iudicium muliebria multa descenderunt. Verùm obiici posset contrarius Galeni locus, vbi asserit quartum diem primum esse decretorium, dicens: Nunc verò à tertio incipit, qui anticipat quartum, in breuioris tempore morbis: & post hunc quintum scripsit, vno die quarto tardiorem. Sic enim ferè in omnibus exemplaribus inuenies; cùm quartus dies in Aphorismo non sit scriptus, quãuis hic dies sit primus iudicatorius, non igitur tertius dies inter crisimos primus numerandus erit. His respondere facilè poteris si ad ea quæ paulò antè diximus attenderis. Dicebamus enim ex Galeni doctrina, dies quosdam esse mediam septimanam diuidentes, in quibus videlicet luna in medio quadræ est, indices appellatos, ac quosdam eandem septimanam finientes, & in quibus lu-

Obiectio.
Gal. com. 36 lib. 4. Aph.
Responsio.

na in fine quadræ esset, decretorios dictos: alios verò intercidentes esse. Illos vi cælesti nixos, ac à magno validóque initio prodeuntes de morbis decernere ostendebamus. Idcirco cum ex Galen. in quarto die mutatio ob motum peragrationis lunæ, per primam eius quadram fiat, dies quartus meritò primus decretorius dicẽdus est. Hoc modo tertius dies inter decretorios minimè numerandus erit, cum in eo luna non absoluerit suæ peragrationis quadram. Verùm intercidentiũ ratione habita, si materiæ motum, & accessionum vehementiam circuituúmque numerum consideres, tertius, primus inter decretorios, recẽsẽdus erit. Quod

Vbi suprà.

etiã testatur Gal. dicens: Veruntamen ipsum nunc prætermisit vel ipse Hippocrates, vel qui primus librum scripsit. Si verò omnino Hippocrates illum præteriit. hanc ob causam existimo illud fecisse, quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur, tertio & quinto die magis, quàm quarto iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt, qui die quarto iudicantur: & hoc à Galeno plurimum experientia deprehensum est, ob

Rariores morbi sunt qui 4. die iudicãtur.

Aph. suprà citato.

hoc ipsum quærente, quoniam dies quartus ab Hippocrate in Aphorismo prętermissus, Hoc autem videtur accidere, quoniam morbi peracuti primam statim accessionem vehementis-

hemẽtiſſimam habent, & reliquas illis proportionales per diẽ tertium. Didicimus autem quòd in vehementioribus acceſsionibus iudicia fiunt, & quòd morbi qui in diebus imparibus acceſsionem habẽt, citius iudicantur: qui verò paribus, tardãt. Ideò ſi in principio aliquis morbus incitatur, hoc magis accidit in diebus imparibus. Si tardare debeat ad dies pares vehementiores acceſſiones transferuntur.

Morbi peracuti 3. die paroxiſmũ proportione reſpondentẽ primo habent.

Qui citius aut tardius iudicentur,

Quarti diei historia. CAP. X.

QVartus dies primus eſt iudicatorius circuituum, qui diebus paribus iudicantur, ac de ſua natura, ſiue, vt loquitur Galenus. ὅσον ἐφ' ἑαυτῆ id eſt quãtum in ſe eſt, ſeptimi index eſt per Aph. illum: Quibus die ſeptimo iudicatur, iis vrina rubra die quarto nubeculam habet, & alia ex ratione. De ſua autem natura ita venit intelligendum, ſi nihil rarum, & magnum, ſiue extrinſecus, ſiue ipſa morbi natura, aut etiam ægrotantis habitu intercidat, ſin quid eorum quæ extrinſecus eueniũt. ἀδόκητον ſiue præter omnium opinionẽ, nec expectatum euenerit, aut ſi etiam morbus vehementer ad criſim, vel obſcurè pro-

Quartus primus eſt Criſimorũ pariũ, lib. 1. κρισ. ἡμερ.

4. de ſua natura 7. index: Ap. 71. li. 4.

Quartum de ſua natura indicem eſſe quomodo intelligendum.

Aegri natura biliosa, morbus peracutus, anni tēpus, regio, ætas quoque calida sicca, impediunt, quominus 4. sit index, Lib. 1. κρισ. ἡμερ.

peret, & moueatur, ægrotantísque vires aut validæ, aut imbecillæ fuerint, attendendum hic est, distinguendúmque periturúsve sit æger ante diem septimũ, an verò post ipsum iudicari debeat. Siquidem vbi incommodum aliquod extrinsecus præter opinionem, nec expectatum superuenerit, & morbus non simpliciter acutus, sed peracutus fuerit, ac præter hæc vires ægri imbecillæ, signum malum, quod die quarto apparuit, septimum diem non expectat: sed talis æger sextanus morietur, præsertim si paribus diebus exacerbatus sit morbus. Quòd si nihil extrinsecus erratũ sit, & morbi motus haud ita velox, & æger validus, siquidem manifestum in quarto die malum signum fuit, septimo die mors expectanda, sin obscurum, hunc quoque excedet, si accessiones paribus diebus fiunt, octauo die: sin imparibus nono, æger decedet. Fac igitur memineris, vbi quartus dies in acuto morbo difficilia tùm symptomata, tùm signa, vt tertius habuerit, iudicationem breui expectandam esse. Quòd si paribus diebus accessiones fuerint, in paribus: si verò imparibus, in illis. Vbi autem iudicatio, hic & mors in perniciosis morbis. Et sanè sexto die periit Philiscus, quòd accessiones paribus fuissent diebus. In Philisco autem lethale signum erat,

Vbi Crisis, ibi mors in perniciosis morbis. Gallenus Lib. 1. Epid.

ex eo

ex eo quòd non ſolutæ tertio die à ſudore, febri nigræ vrinæ, & ſitis acceſſerint, & lingua inaruerit, & tota nocte non quieuerit, vigilauerítque, & delirauerit: atque cũ hæc ita facta eſsẽt, quarto die cũcta proritata ſunt, vrinæq́ue rurſus nigræ redditæ. Sic itaque quartus indicat etiam ſextum, non ſua ratione: ſed quia medicus præuidet eum in quo mala ſigna apparent quarto die, ſeptimum non expectaturum, ſed ſexto die moriturum, ſi & morbus celeriter moueatur, & paribus diebus exacerbetur, ſi enim periculoſus eſt morbus, & præterea vires ægri imbecillæ, homo prius vita fungi præuertet, quàm morbus in longius tempus protendatur. Vult etiam Gal. quartum diem, qui ſeptimi index eſt, rem nouam ædere. Rei autem nouæ æditio, deſignatióque patet omnibus. Nam ſi prima die, & tertia fiat acceſsio, & ſecũda haudquaquam facta fuerit, quintam acceſſionem habituram eſſe par eſt, & non quartam. Quapropter ſi quarta habuerit, mali cuiuſpiam alterius generationem demõſtrat. Nam ſi prima & tertia die proportionalem attulerit acceſsionem febris, atque de nouo quarta paroxyſmum fecerit, & æger nigra deiecerit, ſignum eſt lethale. Cæterùm cum medium æque ab vtroque extremo, initio inquã, & fine, diſtet, & eo etiam cum vtro-

Quartus ſextum etiam indicat: ſed non ſua ratione.

Quartũ diẽ rẽ nouã ædere ex grauibus eſt notis, com. 4. in lib. περὶ διαιτ. ὀξέων.

que conuenienti quadam ſocietate, coniun gatur, fit, vt dies quartus ſeptimi, x I. deci- miquarti, reliqui pariter quaternarii reli- quorum ſuorum ſeptenariorum medii indi ces ſint, & prænuntient quid quoq; ſequen- te ſeptenario futurum ſit. Cum igitur dies quartus medius ſit inter primum & 7. fit vt ſocietatem cum vtroque extremo habeat, vt ſi primus morbũ diſcutere aggrediatur, ei finẽ quartus imponat. Si primus nihil ten tet, ſed quartus morbum indicare aggredia tur, ſeptimus finem imponat. In ſecunda ſe- ptimana, eadem ferè quæ in prima ratio ha benda eſt. In qua ſi primus dies, qui octauus eſt, coctionis vel mediocria ſigna præ ſe tu- lerit, vndecimus de morbo decernere aggre dietur. Si non decreuerit perfectè, in 14. cri ſis trãsferetur. Quartus etiam morbos acu- tiſsimos indicat, nam febres cum iiſdem nu mero diebus iudicẽtur, ex quibus & ſuper- ſunt homines & ex quibus intereunt, ſim- pliciſsimæ febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſ- ſimis, quarto die, aut citius, ceſſant: peſsi- mæ verò ac cum ſignis grauiſsimis factæ, 4. die aut citius interimunt. Sic Periclem in Abderis febre acutiſsima prehẽſum, quar to die circa meridiem ſudaſſe multum cali- dum per totum corpus, ac ſine febre iudica tum eſſe, refert Hippocrates Item Caluum in

An vt in 4. criſis 7. futura ſignificatur: ita in indice alio præ noſci poßit, alibi diximus.

Quartus criſimus eſt.

Lib. 3. Prog.

Pericles ſudore iudicatus eſt 4. die. lib. 3. Epid.

Caluus in Lariſſa 4. obiit.

in Lariſſa, quarto circa meridiem periiſſe acutiſsimè, narrat. Verumenímuero animaduertendum eſt rarò cõtingere, vt quis quarto die iudicetur, ſed eius diei criſis, aut anticipat in 3. aut poſtponitur in 5. atqueadeò rarum eſt, vt in eo die iudicetur febris, vt Archigenes bis tantùm, per vniuerſam ſuam vitam, criſim in 4. die viderit. Galenus verò ſemel, cauſa eſt: quòd febris, aut cõtinua eſt, aut continens. ſi cõtinua, acceſsio in imparibus diebus fit, ac vt cum iiſdẽ iudicationes concurrant, neceſſe eſt. Cùm autem ne neceſſe ſit, vt cum acceſsione concurrat iudicatio, ea in tertium aut quintum incidet, non in quartum: ſi verò febris continens fuerit, hæc rarò accidit, ſi verò accidat & peracuta ſit, vbi nihil erratum fuerit, die 4. iudicabitur, tum enim natura propriis circuitibus, quos in iudicandis morbis, quando proprio vtitur motu, & ab alio non impellitur, ſeruat, ad iudicationem peruenit. Verùm quoniam febris continens ſiue ſynochus rarior eſt, raro etiam accidit, vt in continẽtibus nullum committatur erratum, ideo raro fit, vt in 4. iudicatio fiat, ſed in 3. aut in 5. transfertur. In 3. quidem ſi moriturus ſit æger, ob errores cõmiſſos, in 5. verò, ſi priſtinæ ſanitati reſtitui debeat.

Cur raro quẽpiam 4. die iudicari contingat.

Ratio.

Quinti diei historia. CAP. XI.

Quintus dies intercalaris est.

Quintus vim iudicandi habet ob accessiones.

Accessio naturam stimulat.

QVintus dies ex intercidentium, numero est, vt tertius, qui vt crisim quarto die futuram præuertit: ita dum natura, quarto die lassa, nec vsquã concitata conquieuit, quinto tandem die ad iudicationem cõmouetur. Ambo idcirco vim iudicandi habent, ob accessiones: est enim accessio de numero eorum quæ naturam stimulant, & veluti prouocant, eam nec consistere, nec conquiescere permittens, verùm concitans, irritánsque, & quasi dixeris, pugnans indicens, vnde in acutis morbis, diebus imparibus crisis. In his etenim accessiones sunt. Quæ igitur caussa sit, quamobrem in acutis tertio quoque die vt plurimùm fiant accessiones, in diuturnis autem vel quotidie, vel quarto quoque die, inuenire non facilè est: quod verò ita eueniat, perspicitur. Si enim eo quo & deprehendũtur ordine ipsos collocauerimus, secunda ab initio accessio in tertiũ recidet. Tertia ad quintum, quarta ad septimum, quinta ad nonũ, omnes in imparibus. Cùm ergo natura non semper rato, & stato tẽpore insurgat, morbósque iudicet, sed concitata plerumque aliis & aliis causis, à quibus in acutis morbis accessio maximè continua efficitur (ostensum verò est, ipsam in impares

Crisis acutorũ. cur in diebus imparibus cõtingat.

Lib. περὶ κρισ. ἡμερ. τὸ γ.

Causam inuenire difficile est cur quotidie aut quarto quoq; die in diuturnis accessio fit.

Natura non semper statis tẽporibus insurgit et morbos indicat.

res incidere) meritò in imparibus diebus permultæ crises acutorum morborum contingunt, non quod hi dies primariam vim decernendi habeant, sed per accidẽs quoddam sic euenit, vt 2. lib. dicturi sumus. Ob errores etiam, crisis in quintum diem illabetur & recidet. vt autem in morbis periculo vacantibus crises tantum tardant, quantum ex erratis interim noxæ ægri acceperint: ita in lethalibus præueniunt & præoccupant. Nam si in lethali morbo, lethale signum quartus dies iudicauerit, & in septimum diem mala præiudicata sit crisis, intereà verò erratum non ita exiguum admissum sit, septimũ crisis nõ expectat, sed morbus iudicio malo iudicabitur. Sed vtrùm quinto an sexto, idem ex ipsius morbi celeritate, tũ ex offensæ magnitudine: necnon ex accessionũ forma, intersting uetur. Nam si imparibus diebus ipsæ accessiones fiãt: & morbus sit peracutus, erratáque haud admodũ exigua in ipso videlicet quarto cõmittantur, nihil mirũ erit, hominem die quinto interire. Si verò in paribus accessiones fiant, nec morbus sit peracutus, nec item erratorum magna noxa fuerit: sextum expectat. Vel an 5. die iudicatio futura sit ex morbi motu cognosces. Nam si febris synochus siue continens fuerit, & nullum erratum cõmissum sit (semper enim hu

Crisis in 5. ob errata illabitur.

Quãdo ob errores ante 7. futura est iudicatio mala an 5. die an 6. euẽtura sit quomodo prænoscẽdũ. Lib. 1. κρισ. ἡμερ.

Ex morbi motu crisis 5. die futura, quomodo cognoscitur.

Li.3. Criseon

ius oportet meminiſſe) in quarto die futurũ eſſe iudicium ſperandum eſt. Si verò continua fuerit, tum magitudinẽ & motum intueri oportet. Fieri enim poteſt vt in tertio aut quinto die, iudicium accidat. Tertio quidẽ ſi morbus magnus ſit, & celeriter moueatur. Quinto autem die, ſi non admodum magnus ſit, neque celeriter moueatur. Quippe iudicium cum acceſsionibus concurrere oportet. Hinc eſt quod Hipp. ita ſcriptũ reliquerit, febres vnum intermittentes diem, altero vnà cum iudicio rigorem obtinere de quinto in ſeptimũ circuitũ. Plurimis etiam quinto ab initio die iudicatũ eſſe morbum refert Hipp. dum ſic ait: Iudicationes euariabant, plurimiſque quinto ab initio die iudicabatur morbus, intermittebátque diebus quatuor, repetebátque & à recidiua quinto die iudicabatur. Alibi ſic ſcribit, ὦτα τοῦ θέριος ἐξήξιες πεμπταίοισιν ἦσι δ' ὅτι καὶ μακρότερα. id eſt, Quẽ æſtatis morbi corripiunt, ei quinto die eruptiones iudicatoriæ, accidunt, quibuſdam etiam id tardius fit. ſed duplex ſcriptura eſt: nam legendum eſt, vel ὦτα, vt aures intelligamus: vel ὧ τα, hoc eſt, quem: nos vtrunque explicabimus. Si ergo ſecũda ſcriptura probanda eſt, ſententia Hippocratis erit huiuſmodi: Vidi hominem, quem cum morbi æſtiui corripuiſſent, vt tertianæ, ardẽtéſque febres,

Hipp. ſect. 2. lib. 6. Epid.

Hipp. lib. 1. Epid.

In Thaſo morbi quinto ab initio die plurimis iudicabantur. ſtatu. 3. lib. 1. E-pid.

Sect. 6. lib. 6. Epid.

Quibus æſtiui morbi accidunt, iu quinto die iudicatione accidunt, Hip. li. 6. Ep. ſect. 6.

Ex Gal, cõ. nuper. inuẽ. o in hãc ſent

bres, & herpetes, ſtatim, hoc eſt quinto, aut ſeptimo die eſſe liberatũ. quòd morbi à bili orti breues ſint. Illi autem diſſoluti ſunt, eruptione vaſis cuiuſdam, vt aut ſanguis eruperit, aut per hæmorrhoidas fluxerit. Si legas ὦτα, id eſt, aures: hic erit ſenſus. Excitatus eſt alicui abſceſſus æſtiuo tempore ſecundum aurem, qui cum diſcuti non poſſit, in pus conuerſus eſt: cumque ille ruptus eſſet, quinto, ſeptimóve die liber euaſit. Prȩterea & Metonem quinto die iudicatum fuiſſe refert Hippocrates, cuius hiſtoria eiuſmodi eſt, Metonem ignis præhendit, lumborum grauitas cum dolore. Secundo die cùm aquam bibiſſet multam, venter bene reddidit. Tertio capitis grauitas, deiectiones tenues, bilioſæ, ſubrubræ. Quarto omnia exacerbata ſunt, fluxit bis à dextra nare ſanguis paulatim, nox implacida, deiectiones ſimiles his quæ tertio fuerant die, vrinæ ſubnigræ quæ pendentia ſubnigra haberent, & diſperſa non ſudauit die quinto ex ſiniſtra nare affatim profluxit ſanguis, & merus ſudauit, iudicatus eſt. à iudicio vigil, aliena loquutus, vrinæ tenues. Memoriæ autem mandãdum eſt, quod in tertii diei enarratione dictum eſt, nempe capitis grauitas, quod copia ſanguinis in cerebrum aſcenderit. Memoria quoque tenendum, ſan-

Morbi à bile orti, breues ſunt.

Meto quinto die iudicatus eſt. li. 1. Epid.

Gal. in cõ.

Larga ſanguinis e naribus eruptio vt plurimũ liberat.

guinis è naribus largas & copioſas eruptiones, magna ex parte liberare, ac in Metone, ſanguinis eruptionem quarto die, qui iudicatorius eſt, cæpiſſe: quinto autem perfectè, vbi ſanguis eruperat, ſudórque promanarat, eſſe iudicatũ. Sic in Thaſo Philiſtes diu capite doluit, atque etiam aliquando ſubſoporatus iacuit. Ex potibus autem cùm febris continua fuiſſet excitata, dolor nocte exacerbatus eſt, primùm incaluit. Primo die vomuit bilioſa, pauca, flaua primùm, poſt æruginoſa, plura, ab aluo ſtercora exierunt, nox implacida. Secundo die ſurditas, acuta febris, hypochõdrium dextrum diſtenſum eſt, & ad interna procedebat, vrinæ tenues, pellucidæ, habebant enæorema geniture ſimile, paruum: circa meridiem valde inſaniuit. Tertio die implacidus. Quarto conuulſiones exacerbata ſunt omnia. Quinto, mane obiit. Anginoſa etiam quæ apud Bitonem habitabat, quinto defuncta eſt. Cæterum quintus dies prænuntiat futuram iudicationem vel 9. vel x I. Nono quidem, ſi celeriter moueatur morbus & bilioſus ſit, vndecimo verò, ſi tardius. transfertur autem in x I. criſis quoniam 10. decretorius non eſt. Indicat etiam ſeptimo iudicandum morbum, vt docet Hippocrates lib. de Iudicationibus iis verbis οἷς ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῆσιν πυρώτησιν

In Thaſo Philiſtes die quĩto obiit. Lib. 3. Epid.

Anginoſa 5. die defuncta eſt. li. 3. Epid.

Quintus dies index 9. aut 11.

πρώτῃσιν ἡμέρῃσιν, τεταρταῖοί τε μᾶλλον, καὶ πεμπταῖοι πιέζονται. ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην, ἀπαλλάσσονται τοῦ πυρετοῦ. *Quintus futuram 7. iudicationẽ aliquando prænũciat*

Quibus incœperit dolor primis diebus, & quarto, & quinto die magis præmuntur, hi septimo à febre liberantur. Galenus item refert se anno quodam vidisse permultos, *Lib. 2. κρισ. ἡμερ.* quibus cum quinto die sanguis è naribus profluxisset, septimo vel nono morbus iudicatus est.

Sexti diei historia. CAP. XII.

SExtus dies decretorius est, non simpliciter & absolutè, sed cum addito decretorius malus est, eius enim maximè *Sextus crisimus est non absolute, sed ad malum.* proprium est, vt cum periculo & obscure iudicet. *l. 1 κρισ. ἡμερ* Gal. sextum diem, quanto pauciores *Quantum sextus malignitate septimum superet.* in eo iudicantur quàm in 7. tanto quoque malignitate hunc superare comperit: quasi ex diametro septimo naturam habeat oppositam. Etenim plerique ex his, qui in quarto *Multi ex his qui 4. die mutationem in deterius accipiunt 6. moriuntur.* in deterius mutationem accipiũt, sexto moriuntur. E contrario rursum, si bona contingat in eo die mutatio, septimum expectat. Quod si aliquãdo, quod raro tamen fit, bonam transmutationem quæ quarto die facta sit, sextus dies excipiens iudicare conabitur, difficile dictu est, quantam is perturbationem, periculum, quantum denique me

tum adferat, tantum ſcilicet ac ſi homo iam iam moriturus eſſet. Nam ſi in ſomnium ferantur ægroti, raro quid ſimile ipſis euenit: iacentque penitus cùm ſenſus, tùm vocis ex pertes. Et ſi aliqua excretio ipſis accidat, animo conſternãtur, pulſus concidit, decolores fiunt, tremunt, collabũtur, cum contra, ſeptimus dies ſemper pro excretionis proportione ferendi facilitatem adaugeat. Porrò verò cùm ſexto die excretiones contingũt, maligna, acria, fœtidaque multa. & deiiciuntur, & vomũtur, Sudores rari quidem, æquales, de toto manantes corpore, & calidi: quales ſi quando contingunt, concidunt ægroti vt plurimùm, & collabuntur: ac tum timor ſpectatores huiuſce rei ignaros corripit. Eſt cum parotidas etiam malignas, aut icterum, aut alium quempiam abſceſſum, alio certamine ad ſui ſolutionem egentem, ſextus idem dies attulit. Quod ſi & per vrinas idem aliquãdo iudicarit, ne has quidem bonas inueneris nam crudas, decolores, tenues, bonum nullum ſedimentum habẽtes, ſed interdum quaſi teſtaceum, interdum etiam arenoſum, omnino autem inæquale incoctum, & ſola ipſa quantitate iuuantem vrinam comperies, quibus ſexto die ſuperuenerit. Hæc ſunt diei ſexti moderatiſsima leuiſsimaq; opera, ſi quis æger ſaluus ſit euaſurus.

Hinc trium animæ facultatum actiones vitiari contingit.

At ſudor ſyncopticus, ſiue qui cum ſyncope & animi deliquio ſit, ei qui criticè excernitur contrarius eſt.

ſurus. Plurimos autem alios in ſyncopen de repente coniecit, aut largo ſanguinis proflu uio extinxit, aut euacuationibus immodicis vel etiam catoche quadam aut mania multauit. Alios verò in manifeſtam perniciem coniecit, ictērum inuehēs, parotidas non bonas excitans, & ad hæc maraſmis incurabilibus irretiens. Et quod demum mali genus, ille dies non infert? Eſt itaque ſextus veluti tyrannus, ſeptimus vt rex. Hic ſiquidem boni inſtar alicuius principis, prouidet & proſpicit iis qui à ſe iudicantur, vel ſupplicii magnitudinem minuendo, vel victoriam adornando, & conferendo. At ſextum diem huic contrarium finxeris, & vel pernicie illius, quem iudicandum cœpit, gaudere, vel eiuſdem ſalute dolere comperies: quærereq; quomodo animum expleat, & malè ægrum, qui in ipſum incidit, multet, longóque ſupplicio afficiat. Hip. Philiſcum ſexto die obiiſſe refert, ac Dromeadæ vxorē quæ filium pepererat, ſexto die mane riguiſſe, intercaluiſſe, ac paulò poſt, conuulſiones à capite cœpiſſe, & celeriter defunctam eſſe. Porrò ſi in 6. die in peius mutatio fiat, difficile iudicium ſequitur. ſic & Hermocrati cum morbus regius 6. die adueniſſet, periit 27. die. ſic Eurianactis filia cum 6. die iudicata eſſet, & erupiſſet etiam aliquid ſuppuratum circa ſe

Ga. 7. regi: 6. vero tyranno comparat.

Philiſcus 6. die obiit. l. 1. epid.

Dromeadæ vxor 6. die celeriter defuncta eſt. ibid.

Cum 6. die in peius mutatio fit. difficile iudicium ſequitur.

Hermocrat. l. 3. Epid.
Euryanactis filiæ ibid.
Virgo in Abderis. ibid.

dem, nihilominus 17 die periit. Virgini, vero quæ in abderis habitabat, horror 6. die incœpit, & pluribus diebus cum perseueraret, ægre liberata est in 27. verum obiiceret quispiam sudore calido multo, de toto corpore manante, cum larga sanguinis è naribus eruptione Larissam virginem, sexto die iudicatam esse: historiam referre non pigebit: in larissa virginem febris prehendit causosa, acuta, vigil, sitibunda, lingua fuliginosa, sicca, vrinæ boni coloris, sed tenues, secundo die labor, non dormiuit. Tertio multa excurrerunt ab aluo aquei coloris, sequentibusque diebus talia ex facili percurrerunt. Quarto minxit tenue, paucum, vrina habuit eneorema sublime, non subsedit, ad noctem delirauit. Sexto è naribus sanguis largiter valde effluxit, horruit, sudauitque sudore multo calido per totum corpus, sine febre iudicata est. In febre autem & iam iudicata, muliebria primùm tunc prouenerunt, virgo siquidem erat. Erat autem & perpetuo anxia, horrida, faciei rubor, oculorũ dolor, capitis grauitas. Huic non reuersa est febris, sed iudicata est, fueruntque dolores diebus paribus. Quod autem tempus muliebrium attigisset virgo, manifestum ex his quæ scripsit Hip. ita inquiens: muliebria tũc primùm prouenerunt. Videtur quoque & morbus

Obiectio

Virgo larissa 6. die liberata est. statu 3. l. 3. epid.

Larissæ virginis prima mẽstruorum eruptio, euasionis a morbo causa fuit.

morbus ipſe fuiſſe plethoricus, iudicatuſq; ſexto die, quod & dolores diebus paribus haberet, vt ipſe ſcripſit, Sed admirabile eſt quod morbus non reuerſus fuerit, quum ſextus dies nunquam fideliter iudicet. Nouum itaque hoc & valde rarum in ipſa fuiſſe ſignificauit, vbi ſcripſit. Huic non reuerſa eſt febris, ſed iudicata eſt, tanquam reuerti deberet. Sed & cauſam ſcripſit, quod nō reuerterit adiiciens: in febre, & iam iudicata muliebria prouenerunt: nempe quod maneret diebus poſt iudicium ipſi vacuatio, ſatis erat ad muniendam quæ ſexto die præceſſerat, iudicationem per ſanguinis eruptionem & ſudores, & maxime quod nulla phlegmone eſſet principis partis, neque maligna eſſet abundantia. Sic Melidiæ cùm horror ſexto die accidiſſet cum magno labore, ideo in vndecimo liberata eſt, quoniã reliqua omnia erant mitiora, nec rigor in ea apparuit, ſed horror, rigor enim a validiore cauſa fit. Cæterum quod dixit Ga. in ſexto, neque bonas fidaſque aut perfectas, ſed periculoſas, & peſſimas fieri criſes, de morbis potiſsimùm bilioſis, intelligẽdum videtur: nam ſanguinei morbi nonne ſexto die perfecte, & cum fide ſalutariter, ſine periculo, & cum præcedentibus indiciis ſolui poſſunt?

Cauſa cur 6. die iudicatus morbus non reuerterit.

Melidia l. I. epid.

In quibus morbis criſes 6. die male videri non poſſint.

Septimus omnium criticorum, 1. Omnes criticorum dierum notas obtinet.

SEptimus omnium decretoriorum dierum primus est, non numero videlicet & ordine primus, sed viribus, & dignitate, siue vt græci loquuntur. δυνάμει καὶ ἀξιώματι. Omnes enim decretoriorum dierum notas complectitur. Siquidem plurimos iudicat, & integrè: & cum manifesta excretione, aut abscessu: sine vehementi periculo: & vt plurimũ quartus eum præiudicat. Nam si vt omnino vel vrinarum in eo die vel sputorum, vel deiectionum, appetitus, mentis, sensus, vel alterius cuiuspiam eiusmodi manifesta contingat mutatio: certè quin huic similis in die septimo sese offerat fieri nullomodo potest, bona nimirùm, si ad salutem: mala, si ad malum facta fuerit commutatio. Vt plurimùm igitur bonæ crises sunt, quæ die septimo fiunt: etenim hoc ei præter cæteros adest proprium & peculiare. At verò quamuis septimus vt plurimùm ad bonum iudicet, quidam tamẽ septimo die intereũt: vel in eo die mutationem in deterius nacti, in aliquo sequẽti decretorio die moriuntur. Nam adolescens octauus æger lib. 3. epid. qui in mendacium foro iacebat, septimo obiit, ætate circiter vigesimum. Item mulier illa quæ ibidem ordine decima est, cum primo die

Bona crisis 7. propria & peculiaris est. Licet 7. vt plurimum ad bonum iudicet, quidam tamen in eo moriuntur. Adolescens qui in Mẽdacium foro iacebat, 7. obiit l. 3. epid.

mo die igne prehēsa esset, & anxia, sic enim Galeni codices græci habent τὸ δ' ἀσσώδης veruntamē in codicib. Hippocratis hæc dictio non habetur, licet velit Gal. hoc verbum malignitatis febris factæ indicium existere, septimo obiit. quemadmodum & illa cuius historia ibidem sequitur, septimo obiit phrenitica, Euryanactis filia septimo die à quo postremò delirauit, defuncta est. Quidam etiam septimo die mutationem in peius nacti, in aliquo sequenti crisimo interierunt. Silenus enim cum septimo obmutuisset die, extremitates non amplius recaluissent, nihil minxisset, vndecimo obiit die. Sic homo ille qui ordine duodecimus est. l. 1. Epi. vndecimo interiit, quod septimo die omnia exacerbata essent, vrinæ enim oleosæ fuerant, verba multa continere se non potuit, vēter proritatus humida & turbida reddidit cum lumbricis, nox laboriosa &c. Præterea mulier illa quæ iacebat in mendacium foro, decimoquarto interiit, nam septimo die riguit omnia exacerbata sunt, vigil. quinto laboriosè habuit. Sexto eadem, ab aluo liquida multa excurrerunt, Septimo riguit febris acuta, sitis multa iactatio circiter occasum sudauit per totum corpus frigidum, extremitatum refrigeratio, & non amplius recalescebant, non dormiuit, parum delira-

Mulier ex abortiuo fœtu 7. interiit. ibid.

Altera ex abortino fœtu 7. obiit phrenitica ibid.

Locus in græcis codicibus Hip. restit.

Euryanactis filia 7. die a quo postremo delirauit defuncta est

Silenus 7. die in deterius mutationem nactus l. 1. epid.

Homo quidam l. 1. epid.

Mulier quæ iacebat in mendacium foro 7. die deterius habuit ideo 14. die obiit l. 3. epid.

uit,& rurſus celeriter ad mentem rediit. Decimotertio, nigra, graueolentia, multa vomuit, rigor circa meridiem, muta. Decimoquarto ſanguis è naribus, obiit. Mirùm profecto videri poſsit, quod Hip. nec in primo nec tertio epid. vllius egroti meminerit, qui ſeptimo die ad bonum iudicatus ſit.

Hippocrates in primo & tertio epid. nullum refert qui 7. die ad ſalutem iudicatus ſit.

Octaui & decimi diei hiſt. CAP. XIIII.

RArò in octauo, & decimo ſoluitur morbus, & nec fidè, nec benè, nec perfectè, ſed& præter hæc obſcurè ſimul, & citra diei prænuntii notas. Quod ſi verò aliquando ſubita morbi ſolutio, in 8. diem aut decimum incidat, ſimilis ferè ei eſt, quæ ſexto accidit. Dùm enim morbus ad ſeptimum, verbi gratia, diem ruit, eóque curſum ſuum deſtinat, & pro ſui ratione, in eodem iudicari debet. Interea tamen vel mediç acceſsionis magnitudo, nõ expectato proprio & legitimo tempore, naturam ad criſim inſurgere compellit, vel etiam quidpiam eorum quæextrinſecus eueniunt, ipſam irritat, criſis ſexto die prærúmpit, ſeptimóque futuram criſim, ſextus dies præuertit, verũ dum non eſt tanta morbi celeritas, vt a ſextó anteuerti poſsit, præſertim cũ morbus ad malum iudicandus eſt, in 8. protẽditur. Ad hæc

Criſis 8. diei ſimilis ferè ei eſt que 6. accidit.

Octauus aliquando inter cidit ac eos qui 7. male iudicandi forent excipit.

criſis

crisis quæ 7.die futura est, nonnunquã duos dies attingit. Cui verò diei attribuenda sit eiusmodi crisis, animaduertẽdum erit. nam si vel 4. vel 11. die indice facto, crisis quoquomodo vel septimum vel decimumquartum attigerit, existimare oportet ipsam illorum esse & ad illos pertinere. Sin extra illos dies excidat, vt neque in illis incipiat, neque in iisdem desinat, & perficiatur, constat non amplius dicere licere morbum septimo, aut decimoquarto esse iudicatum. Sed alio quopiam die, nempe eo qui totam crisim in se cõprehenderit. Si verò nullo indice præcedente subito crisis eueniat, duos dies complectens, ad has notas respiciens, vtriusnã sit distingues, ad accessionum rationem, dierum naturam, numerum criticorum temporum, & ipsum criseως tempus. Ad accessionum quidem rationem, sic: Imparibus diebus si æger grauius laborauerit, propria magis diei imparis crisis est, quemadmodum si paribus, illius etiam propria, nam in accessionibus vt plurimum crises fiunt. Ad dierum naturam, hoc pacto: Si ambigatur vtrum ad septimum aut ad octauũ, vel an ad nonum an decimum crisis pertineat. Siquidem, bona perfecta, & sine periculo est, septimi magis est, si imperfecta, mala, & periculosa, octaui. Iam ad numerum criti-

Quando crisis duos attingit dies cuinam adscribenda sit.

Lib. 1. περὶ κρισ. ἡμερ.

Si crisis indicata non fuerit in 4. aut 11. aliove cõtemplabili quæ attendere opportet.

Accessionũ ratio.

Dierum natura.

Temporum iudicandi numerus.

ticorum temporũ (quoniam hæc 3. ſunt propoſita, criticæ acceſsionis principium, criticæ motionis principiũ, & ipſe finis criſeωs) qui dies duo in ſe tempora complectitur, is magis criſim ſibi vendicat. Si verò & ipſum criſeωs tempus, expendatur, vtrius diei longius tempus fuerit, illi ſanè potius criſis adſcribetur. Quin ſi quatuor hæ notæ in vnũ diem introducantur, huic & criſim attribuere par eſt. Sin vna ex his abſit & deſideretur, ſic quoque adhuc etiam adſcribes. Sed iam tamen alterum diem, ipſius criſeωs participem eſſe putandum eſt. Quod ſi æquales notæ fuerint, criſim quoque vtriuſque diei cõmunem eſſe. eſt etiam exiſtimandum. Cæterum tam raro decimus dies iudicat vt Gal. lib. 1. Epid. ſic dixerit: Inter pares verò non rectè dixerunt 28. & 10. Nam nullo pacto ſunt iudicatorii. Verùm refert Hippocrates in Thaſo Pithiona, qui ſupra Phanum Herculis habitabat, decimo die mortem obiiſſe, Galen. in com. notat in hoc ægro omnia, tum ſymptomata, tum ſigna lethalia ab initio fuiſſe, atque exacerbationes in diebus paribus. Ibidem etiam ſcribit mortem generali criſis ſignificato ſubiectam eſſe. Dicitur enim ſecunda ſignificatione, non ſolum ille qui ſeruatus eſt, ſed etiam is qui obiit iudicatus. Scribit etiam Hippoc. ei mulieri quam

Criſeωs tempus.

Decimus raro admodum iudicat aut nequaquã. 3. prog.

In Thaſo Pythion decimo die defũctus eſt. l. 3. Epid.

Mors, generale criſis ſignificatum amplectitur.

quam primum in Cranone curauit, decimo die sudorem in supernis partibus multis factum esse. Prætereamaritus ille Lechus puer peræ apud Sitodochũ, cuius meminit Hipp. lib. 4. Epid. ad quem septimo die ingressus est, die octauo moriebatur, neque meiens, neque egerens. Præcordia dura, & magna, & spiritus densus. Hic moriens, nec frontem quidem sudore humectauit præ dolore.

Mulieri quã in cranone primùm cũ rauit Hipp. 10. die sudor accidit. sect. 3. l. 6. Epid.

Aeger l. 4. epid. 8. mortuus.

Noni diei historia. CAP. XV.

NOnus in medio duorũ decretoriorum, septimi dico & vndicimi collocatus, vel non factam in septimo crisim, vel in vndecimo futuram sibi vendicat. Sed rarius quidem septimi, frequenter verò vndecimi crisim excipit. Etenim peculiaris & propria septimi diei crisis nunquã ad nonum, nisi fortè errores multi commissi sint, perueniat. Nam septimus, vt dictum est, perfectione & dignitate decretoriorũ dierum primus est, & plurimos integrè iudicat. Item bonæ crises huius diei, præter cæteros propriæ & peculiares sunt, vnde fit, vt septimo iudicationes nunquam ad nonum, nisi multis erroribus admissis, perueniant. Nam si multi & magni fuerint admissi, vel ante vel septimo ipso mors potiùs, quàm nono crisis expectanda esset. quod tamen intelli-

Nonus in medio criticorum duorum 7. & 11. collocatus.

7. Crisis nunquam ad 9. nisi ob errores peruenit li. 3. crisewn

Quorum morborum crises 9. assumit.

gendum venit, de iis morbis, qui neque admodum ſimplices ſunt, neque admodũ maligni, ſed qui horum medium tenent, nec ita celeriter mouẽtur. Vndecimi verò diei iudicatio contrà ſe habet. Nam hæc à nono, ad vndecimum transfertur, etiamſi in ipſo nono, omnia rite facta fuerint, & in eodẽ etiam violenta acceſsio fuerit, quoniam vndecicimus criſimus eſt, ſaltem minor. Nonus, intercidens tãtum. Morbus autem qui ante 9. non ita violẽtos habuit paroxiſmos, ad 11. peruenire poſſe videri queat. Idcirco Silen⁹ die nono nequaquam obiit, ſed vndecimo: Hip. etiã prodidit plurimos tertia die dolere incipere, vexari mximè 5. liberari nono, aut vndecimo. Cæterùm in animum rurſus reuocabis, vt nonum diem hoc loco cõmemorauit, tanquam decretorium, quemadmodum antea indicaui, tertium, non per quaternariã aut ſeptenariam circuitionem habentes iudicationem: ſed de ratione, qua intercidant. Herophon cùm ex ſymptomatis per noctem placidè habuiſſet, minxiſſétque melioris coloris vrinas, cum alba & pauca ſubſidentia, doloréſque ſecundum lienis rectitudinem, in tibiam vtrãque trãſiiſſent, ſequenti die qui nonus erat, cum ſudore eſt iudicatus. Tanti erat, deceſsiſſe quę moleſta erant ad partes imas, vrinæque con-

Cur à 9. ad 11. transſfertur criſis.

Aegrotus 2. tempeſt. 3. l. 1. epid.

Hipp. l. 3. prognoſt.

Morbi qui tardius mouentur 11. qui celeriter 9. iudicantur

Hæc Gal. in com. ſententiæ Hipp.

Herophon 9. iudicatus eſt l. 1. epid.

coctio

coctio. Veruntamen ne sic quidem potuerunt hæc à morbo prorsus ægrum vindicare, qui die nono sudauerat. Quare reliquias quasdam habebat prauorũ humorum, quæ recidiuam quartodecimo die excitabant, à qua omnino est die septimodecimo iudicatus. Seruabatur etiam in hoc ęgro iudicium diebus decretoriis.

Vndecimi diei historia. CAP. XVI.

VNdecimus sępe de morbis decernit, éstque decimiquarti index vt 4. septimi, vbi enim hic vndecimus manifestum aliquod & omnino fidũ coctionis signum ostenderit, in 14. crisim futurã prænunciat, sin obscurum signum fuerit, iam aliis signis animum oportet attendere. Nam si morbus celeriter moueatur, & nihil impediat aliud, forsan etiam & 14. decreuerit: sin minus, crisis in 17. vel alium decretorium sequentem incidet. Quod si die 11. nihil fuerit indicatum, fieri non potest vt 14. decernat. Cõsiderandus verò hic est etiam totius morbi motus. Consideranda & alia omnia cùm symptomata, tum signa, an ne videlicet 17. an etiam decimooctauo, an vltra crisis futura sperãda sit. Cum autem prima septimana bifariam diuisa sit, & sectionem recipiat, quartus qualis septimus futurus sit, præ

11. frequenter de morbis decernit, minus 14. cuius index est

An 11. crisin 14. futuram indicet quomodo contemplãdum.

Si ob errorũ 14. non decernat, crisis 17. eueniet.

Si 11. nihil indicet: 14. non decreuerit.

Hebdomadarum quaternarii suorum septenariorũ medii indices sunt. Lib. 2. κρισ. ἡμερ.

nuntiat, nonne eadẽ secundæ septimanæ ratio erit? si quartus quidem morbos, qui primo die nõ cessarũt, soluere ipse molitur, vndecimus similiter eos quos 7. non discussit? Si verò morbus maior fuerit, quàm vt quarto die iudicari potuerit, hic quidem apparat ad crisim morbum, at finem septimus imponit: pari ratione qui morbi septimo non quieuerunt, eos vndecimus iudicare conatur. Atque sic vel ipse iudicat vel 14. iudicãdum præparat, quo etiam die rursum similis ineunda ratio est, in eandémque considerationem veniendum. Quartus etiam vndecimũ indicare potest. Hinc cum quarto die bonæ vrinæ in Melidia esse incœpissent, sed tenues, & proinde cruditatem, licet non exactam, significantes, ea tertio quaternario, nempe vndecimo die, perfectè iudicata est. Hinc etiam Silenus ad vndecimum vsque morbum pertulit. Is cùm ex laboribus & potationibus & exercitationibus intempestiuis igne prehensus esset, vndecimo obiit die. Hic æger iisdem ab initio tum signis tum symptomatis, nisi viribus validis fuisset, septimo periisset die, & sane die illo propè obiit, scripsitque de eo: septimo die obmutuit, extrema non amplius recalescebant, nihil minxit. Cõstat itaque ex his eum ad mortem prope deuenisse. At cũ virtus valida esset,

11. prenuntius est. Melidia l. 1. epid.

11. die crisis facta 4. die indicata. Silenus 4. die grauissimis symptomatis cruciatus vndecimo obiit. hip. l. 1. epid. Hæc Gal. in comment.

ſet, ad ſequentem iudicatorium diem vndecimum ſufficere potuit, quoniam eum qui tertio vel quarto die in peſsimis fuerat, tum ſignis tum ſymptomatis, ſeptimo die perire oportebat, cum acceſsiones diebus imparibus magis fierent. Quod declarauit, inquiẽs: Tertio exacerbata ſunt omnia. Atq; ab his rurſus: Quarto die eadem fuerunt. Cum igitur ſeptimum diem præterire, vt dixi, ob virtutis robur potuerit, octauo die puſtulas cũ ſudore habuit, rubẽtes, rotũdas, paruas, natura ipſa cum morbo pugnante, atq; ad cutim prauorum humorum ſuperfluitatem propellente: atque ob id nono die haudquaquam obiit, ſed vndecimo. Sic homo ille, cuius meminit lib. 1. epid. Hippocr. cum intempeſtiue cœnaſſet, febre correptus, vndecimo interiit. Die quinto videbatur manifeſte moriturus, cum a prædictis ſymptomacis vrinæ quoque oleoſę excretæ eſſent: quas & die ſeptimo mixtas ait modo eadem. Obiit autem & hic die iudicatorio vndecimo. Verũ Melidia vndecimo perfectè iudicata eſt, & ob naturæ robur ſeruata. Vndecimus etiam acutorum morborum terminus eſſe poteſt, ſi celeriter moueantur, quanuis alias in 14. finiãtur. Neq; enim ſimpliciter acuti omnes ad 14. prorogantur, ſed quidam in 11. iudicantur. Quemadmodũ etiam acuti non ex-

Aegrotus 12 tempeſt. 3. l. 1. epid.

Melidia 11. die perfecte indicata eſt l. 1. epid.

Vndecimus interdum acutorum morborum terminus eſt.

Non omnes

simpliciter acuti 14. die finiuntur. actè finiũtur in 20. licet eorum quidam 17. terminentur.

Duodecimi diei, 16, & 19. histor. CAP. XVII.

lib. 1. κρισ. ἡμερ. IN duodecimo & decimosexto neminem vnquam nouit iudicatum Galenus. Quin si cui aliquando ante se 12. die crisis visa est euenisse, eã certe vel imperfectã, vel infidã, vel periculosam, obscurã sine signis, vel omnino ad malũ accidere visam esse & deprehensam asserit, vnde quoniã ipsũ duodecimũ nũquam viderit iudicãtem, alius autẽ quispiã rarò simul, & imperfectè, cũ periculo, obscurè, sine signis & malè, ipsum eũdem viderit iudicantẽ, inde probat Gal. nõ exiguam esse dierum differẽtiam, neque numero pares esse crises quæ singulis diebus fiũt, neque æquè fidas bonas &c. Permulti siquidem morbi sunt, qui quibusdam diebus, absolute, pariter & securè iudicantur tuto, manifestè, cũ bonis signis. At qui duodecimo, rari adeo sunt, vt à Gal. nulli morbi in eo die iudicati visi sint. Neque etiam morbus subito in decimonono soluitur, si verò in eo soluatur, nec fide, nec bene, nec perfectè, sed & præter hoc obscurè simul, & citra diei prænuntii notas, desinit. Duodecimum decretorium non esse docet etiam Gal. exponens illud Hippoc. Qui incœperunt quinto die

Vnde Gal. colligit non exiguam esse dierum differẽtiam l. 1. κρισ. ἡμερ.

Morbus in 19. subito nõ soluitur.

Hipp. lib. 3. prognost.

die dolere, aliáque iuxta rationem priorum ipsis fiant, his ad decimumquartum morbus iudicatur: Quinetiam (inquit) tertia differentia doloris capitis, quinto incipit die, & ad quartumdecimum, prorogatur. Propterea quod non admodum calidus sit, neque festinet, indicio est quod incipiat quinto die, & quia adiecto septenario primis quinque diebus omnes fiāt duodecim. Duodecimus verò non sit decretorius, neque etiam fieri posit, vt vnum anticipet diem. Ostensum enim iam est eum esse limitem acutissimorum morborum proprium: itaque merito in quartumdecimū excidit, Cum igitur hoc diebus criticis cōtingat puta vt frequenter, fide sine periculo decernāt, ac cum ipsis frequenter vel plurima & maxima, vel etiam vniuersa decretoria signa concurrerent, æquum sanè esset vel hac sola ratione dierum decretoriorum propriam quādam naturam esse existimare. Cum autem præter hoc de sua etiam natura, aliquid afferāt in medium & conferant, multò sanè magis ipsos secernemus ab iis, qui neque quicquam conferunt, neque cum multis signis decretoriis concurrunt, vt propriam illi quidem, hi verò propriam etiam naturam habeant & ab aliis differant. Quantum itaque dies criticus valeat, clarioris doctrinę gratia ostendamus

Vbi dolor 5. die incipit 7. post nempe 12. die cessaret, at quoniam 12. crisimus non est in 14. transfertur.

Gal. lib. 3. prognost.

Dierum crisimorum natura peculiaris, est qua ab aliis secernuntur.

Quantum dies crisimus valeat hypothesi declaratur.

ac fingamus 12.aut 16.aut 19.quos minimè criticos esse diximus, quempiam iudicari, vt si duodecimo aut 16. aut 19. sudore quidẽ, sed minimè laudabili morbus fuerit iudicatus, febrisque in ægroto, at non perfectè desierit, imò verò vt etiam sudor nõ expectatus euenerit laudabilis, & febris perfectè discussa, & adhæc vt etiam quid aliud boni præter expectationem, vel circa respirationem, mentem, oblata, tolerandique facilitatem, aut aliud quidpiam affuerit (præter expectationem autẽ dicimus, nam cum dies ex hypothesi crisimus non sit, quidnam boni expectari posit?) proculdubio sine fide crisis erit, ac recidiua timenda, etiam si quid, vel minimum æger peccauerit. Cæterum tres hi dies nẽpe 12.16.19.ordini dierum malè decernentium adscribũtur. Dierum enim ordo duplex statuitur, vnus eorum est qui perfectè, fidè, crebrò, tutò, manifestè, salutariter, & cum signis iudicant. Alter ordo est eorum qui nec fidè, nec benè, nec perfectè: sed & præter hæc, obscurè, &c. de morbis decernunt. In primo ordine præcipui dies & selectisimi continentur, è quibus septimus primum locum obtinet, quandoquidem nihil ex propositis notis bonæ crisis ei deest, sed eas præ cæteris sibi vendicat. ab hoc decimusquartus sequitur, dehinc

Dierum ordo duplex.

Ordo fœlicium dierum.

9.mox 11. deinde 20. his minus decernunt 5.postea 17. his rursus minus iudicant 4. 3. 18. In secundo ordine male imperfecte, &c. iudicantium, & ferè ex aduerso positorum, sextus primus est, huic proximi sunt 8. 10.12.16. 19. Inter hos duos ordines decimustertius ambigit. Quod ex sequenti figura constabit. In quo dies ad hunc modum coordinati sunt.

Ordo dierum infœlicium seu malorũ.

13.vtriusq; ordinis particeps est.

Dierum ad 20.vsque decernentium ordo.

Optimi dies,7. 14. his proximi,9. 11. 20. post hos, 17. & 5. deinde 4. quem sequitur 3. ac 18.

Proinde omnes simul boni sunt { 3. 4. 5. 7. 9. / 11 14. 17. 18. 20.

Medius inter hos est decimus tertius. Μεταξὺ γὰρ πῶς τούτου τοῦ στοίχου τοῦ νῦν εἰρημένου παντὸς τῶν μὴ λυουσῶν ἀθρόως ἡμερῶν, καὶ τῶν λυουσῶν.

Malorum pessimus 6. huic similes sunt 8. 10.deinde sequuntur 12. 16. 19.

Proinde omnes simul mali sunt. { 6. 8. 10. / 12. 16. 19.

Decimitertii diei 14. & 15. historia. CAP. XVIII.

DEcimustertius, omnium decretoriorum imbecillimus est, sed omnium qui non decernunt fortissimus, tan-

quam in medio quodam virtutis vtrorúmque collocatus. Inter duos prædictos ordines dierum quodammodo mediùs eſt, ordinem dico dierum planè ſubito non ſoluentium, puta octaui, 10. 12. 16. 19. & aliorum dierũ, puta tertii, 4. 5. 6. 7. 9. 11. 14. 17. 18. & viceſimi, decimuſtertius maximè mihi videtur eſſe collocandus: nec ſcilicet ita vilis & abiectus, vt ii, qui ſecundo ordine continentur: nec ita rurſum ſoluere morbos natus, vt ii, qui primo aſcribuntur. Dies 13. de quibuſdam decernit, cum per impares moti, ad ipſum perducuntur, vt plurimum tamen 14. die iudicari dicuntur, cum in hunc vſque diem 13. paroxiſmus protendatur. Verum cur iudicatio decimiquarti, ſit potius dicenda, quàm decimitertii dubitari poſsit, cum in 13. critica ſymptomata appareãt, ſi enim decimatertia nocte, decretorio more, acceſsione correptus fuerit aliquis, dein 14. febre ſolutus, non 13. ſed 14. iudicatus dicetur. Cum etiam ſeptimus qui quoad ſymptomata, reſpondet decimotertio, & quamuis ſudores ſolutorii morbi, in totum & integrum diem octauum exciderint, tamen ſeprimo æger iudicatus dici debet. Cur igitur pari ratione 13. iudicatus non dicetur? Hic ſcrupulus eximi poterit ſi indices dies conſiderentur, & eorum quatuor quæ à nobis cap.

13. Duorum poſitorum ordinum medium tenet.

Cur vt criſis quæ 7. & 8. occupat. ſeptimi potius dicitur non 8. ita etiam quando criſis 13. & 14. occupat non dicitur 13. ſed potius 14 Dubitatio.

cap. 14. dicta sunt ratio habeatur: quatuor dico nempe rationis accessionum, dierum naturæ, criticorum temporum numeri, & ipsius criseωs tẽporis. Iudicandi autem tempora tria esse diximus, nempe principiũ accessionis, principium motionis, & finem iudicationis. Hæc autem tria si in vnum diem concurrant, omnis proculdubio de die crisimo dubitatio tolletur. Decimusquartus dies, medium est totius mẽsis. In eo enim septimana tertia incipit, & secunda desinit. Is naturam septimi maximè imitatur, acutorúmque morborum terminus, existit, nam scripsit Hippoc. acutos morbos intra diem 14. iudicari. Hinc mulierem illam quæ in littore habitabat, trimest. partu grauidam, 14. iudicatam esse cõmemorat lib. 1. epid. Idem mulierem quæ iacebat in mendacium foro enixam primum laboriosè masculum, 14. obiisse refert. Verum obiiceret quispiã, cum è morbis qui pro confesso apud omnes acuti habentur, nonnulli 14. excedere deprehẽdantur: quosdã enim ex his qui acuto morbo laborarunt & 17. & 20. fuisse iudicatos apud ipsum Hipp. in lib. epid. comperire licet. Cheriõ vicesimo prorsus iudicatus. Herophon die 17. iudicatus est. Philini vxor 20. obiit. Omnes acuto morbo correpti. Quomodo igitur si hæc ita habent, viden-

Solutio.

Critica tempora tria.

Decimusquartus 7. naturam imitatur.

Mulier quæ in littore habitabat 14. iudicata est. lib. 1. Epid.

Mulier in mendacium foro iacens 14. mortua est. l. 3. Epid.

Obiectio.

Aegroti acuto morbo laborantes tamen vltra 14. iudicati.

Cherion.

Herophon.

Philini vxor

túrque acuti quidã morbi 14. diem excedere, in Aphorismis hunc ipsum diem terminum acutorum fecit? Promptũ & facile esset respondere rarum quidem hoc esse vt, videlicet acuti morbi, post 14. iudicentur: at alterum sæpe accidere consueuisse, nempe, vt acuti morbi 14. iudicentur. Hippocrates autem id solùm quod plerunque oculis vsurpauit, enuntiat, nulla habita ratione eius quod raro accidit. Verùm ea enuntiatio altiorem quendam habet intellectum, si quis eam diligenter, & vt par est, expẽderit. Nam qui morbi exquisitè acuti ad 17. aut etiam vicesimum exciderunt, hi planè tanquã submersi, lentè tardéque moueri incœperunt, tum horum alii quidem in primo quaternario, alii in secundo exactè acutorũ motum assumẽtes, in 17. & in vicesimum etiam exciderunt, intra 14. suum & hi quoque iudicantur. Certum namque est eos morbos, qui in dierum quaternario vehementiam nancisci incœperunt, deinde 17. iudicantur, decimumquartum suum diem non excedere. Siquis igitur vel 5. vel 7. morbi die Phrenitide corripiatur, ac tum postea vel 17. vel vicesimo iudicetur, hunc certum est, intra suum 14. esse iudicatum. Morbi itaque acuti, aut intra 14. iudicantur, aut si hunc diem excedant, fieri non potest quin antequam

Solutio.

Hipp. id tantum enũtiat quod crebrò oculis vsurpauit.

Morbi primis diebus tardi, 4. die vehementiores facti, 17. iudicantur. vel 14. inita computatione a 4.

transſeant 14. aliquam recipiant iudicationem, vel ad bonum, vel malum, vel ſalutem, vel mortem. Idem teſtatur Gale. & ipſa rerum natura ſuffragatur ei ratiocinio, quo dicitur acutos morbos habere terminum iudicationis 14. diem. Nullus enim inuentus eſt vnquam, qui ab initio velociter moueretur, hunc tranſgredi terminum, qui aliquam ex dictis non acciperet mutationem: ſicuti quidam leues, ac parui circa primos dies exiſtentes, quarto aut quinto die continui, vehementes, & acuti fieri incipientes ad 17. terminarũt. Alii verò ſexto, aut ſeptimo die exacui incipientes ad 20. terminarunt, ita vt morbi, continui acuties, nunquam poſsit plures, quàm 14. obtinere dies. Ex iis verò qui motus habent inæquales, multi extenduntur vſque ad aliquod tempus exterius præfinitum. Dico autem inæquales habere motus, eos qui aliquot diebus fuere vehementiores, poſtea ſine aliqua ſignificatione torpuerunt, deinde rurſus adaucti continuitatem acceperunt. Siquis vt dixi, faciat in ægrotãtibus obſeruationẽ: omnes inueniet, qui duas integras ſeptimanas velociter mouentur, nũquam ad exteriorem progredi terminũ. Quanuis igitur nonnunquam 17. aut 20. deſinat morbus acutus, tamen intra ſuum 14. iudicatum eſſe compe-

Com. 23. l. 2. aph.

Morbi continuatum acumen 14. dies non excedit.

riemus, ſi ſupputationẽ ineamus ab eo die, quo citatior, & vehemẽtior morbus fieri incipit, vt verbi gratia, ſi morbus aliquis primis diebus quietior fuerit, ac deinde ſuperuenientibus quibuſdam ſymptomatis 4. aut 7. die citatior fieri incipiat, nonne hunc intra 14. iudicatum eſſe dices? nam à 4. ad 17. dies, à 20. totidem eſſe numerando cognoſces. Quod probari poteſt hiſtoria adoleſcẽtis in Melibœa, qui decimo die παρέκρουσεν ἀτρεμέως. κόσμιός τε καὶ ἥσυχος. id eſt, Delirauit quietè, moderatus, & taciturnus ιδ, παρεκρούσθη, πολλὰ παρέλεγεν id eſt, Decimoquarto, mente motus eſt, multum delirauit. κ ἐξεμάνη. id eſt, Viceſimo valde inſaniuit. τῇ κδ ἀπέθανε. id eſt, Viceſimoquarto obiit. Si igitur à 10. die quo adoleſcẽs ille incœpit delirare, ſupputationem ineas, intra 14. ſuum iudicatum eſſe comperies. Decimusquintus dies, neque criſimis, neque indicibus, neque prouocatoriis annumeratur, quãuis rarò admodum eueniat, vt cuiuſdam præcedẽtium dierum criſis in ipſum recidat. cum 13. quidpiam commune habet, eius enim iudicationes nonnunquam excipit, quando morbi ſegni, lentóq; motu mouẽtur tales morbos Gale. appellat νοσήματα κωλυόμενά τε καὶ βραδέως κινούμενα. decimumquintum tertiæ ſeptimanæ principium eſſe volebant Diocles & Archigenes

Exemplum.

Adoleſcens in Melibœa, licet 24. die obierit 14. tamen iudicatus dici poteſt, l. 3. epid.

nes. Hic enim 28. iudicatorium esse ponebat, ille 21. morborum acutorum terminum constituebat.

Decimiseptimi & decimi octaui historia.
CAPVT XIX.

DEcimusseptimus cùm non solum frequenter, sed & firmiter quoque decernere ita natus sit, vt nec coincidẽtibus decretoriis, sed validis & primis ascribatur, ipsum ex illorũ ordine esse, qui analogiam ad 14. retinent, & verisimile, & rationi consentaneum est. Si igitur 14. ita connectitur cum secunda & tertia septimanis, vt illius sit finis, huius verò principium: sic vtique fiet vt decimusseptimus quinti itidem quaternarii finis sit, et idem etiam initium sexti. Itaque si coniunctum quaternionem quartum cum quinto salutarem, & benè decernẽtem ponamus, id est, si diem 14. tertiæ septimanæ initium statuerimus, & eiusdem terminũ 17. habuerimus, sanè sic salutarem circuitum à 14. quidem, iuxta Hippocratis doctrinam, incipientem. in decimumseptimũ verò finientem, (qui quidem 17. vicesimi erit index, vicesimus verò crisimus 17) iudicatorium esse constat ex iis, quæ Hippocrates scripsit, primo Epid. in secunda siquidem constitutione hæc scriptis mandauit: Causi paucissimis contigerunt, & quibus

17. dies proportionem habet cum 14. sibi proximo decretorio.

Iuxta hipp. doctrinam 17. circuitũ esse salutem à 14.

17. Vicesimi index, 20. vero decretorius est.

contigere, minimè omnium inter ægrotantes laborauêre: neque enim hæmorrhagia, nisi admodum pauca, & quidem paucis cōtigit, neque item deliria, reliqua omnia facilè tulerunt, & his quidem iudicabantur morbi, bono admodum ordine. Plurimis cum intermiſsione intra dies decem & ſeptem. Deinde ſub finem tertiæ conſtitutionis, accuratiùs adhuc de his, qui decimo ſeptimo die iudicati ſunt, ita ſcribit. Quod ad criſes, inquit, attinet, eæ ex his quæ experientia colligebamus, partim ſimiles erant, partim diſsimiles, vt in illis duobus fratribus licet deprehendere, qui eadem hora febricitare incœperunt. Decumbebant, inquit, ad Epigenis theatrum, fratres duo, horum natu maiori, morbus ſexto die: iuniori, ſeptimo iudicatus eſt. Inde eadem ſimul vtrique hora reuerſus eſt, intermiſit dies quinque. In ſumma, ab recidiua vtrique ſimul decimoſeptimo eſt iudicatus. Verū ne fortaſſe hoc ſatis habeat fidei, quò diem 17. criſimum eſſe credamus, quod ſcilicet, duo quidam eo ipſo ſint iudicati, adhibeamus animum iis quæ deinceps dicuntur. Plurimis ſexto die morbus iudicatus eſt, intermiſit ſex, & ab recidiua quinto iudicatus eſt. Iam hoc dignam fidem facit, quod & in 2. aëris conſtitutione decimoſeptimo permultos obſeruauit

Locis ex ipſo Hip. indicatis 17. iudicatorium eſſe oſtenditur.

Fratres duo 17. fidè fuerunt ſecundo iudicati. lib. 1. Epid.

uauit

uauit esse iudicatos. Et in 3. non solùm duos fratres, sed & pleró sque alios, quos quidem sexto die primùm dicit iudicatos, deinde sex intermissionis dies habuisse, ac rursum item quinto iudicatos, quod est die a morbi initio decimoseptimo. Sed & his etiam addens hæc, dicit. Quibus septimo die morbus iudicatus est, ii septem quoque dies remissiones habuerunt. Post recidiuam tertio iudicati sunt: & hoc est, hos etiam in vniuersum 17. iudicatos. Et item rursum. Quibus autem quinto die iudicatus est, remisit septẽ, inuasit rursum & prehendit tres. Intermisit vnum, vno iterum prehendit, iudicatus videlicet & his quoque morbus est, in summa decimoseptimo. Quinetiam & alios quosdam 6. die iudicatos scribit. Intermisit, inquit, sex, prehendit tres, tum vnum intermisit diem, & altero rediit decimo videlicet septimo die, quo eodem & iudicatus est. Et verò alios etiam quosdam sexto die iudicatos commemorat, quibus dies septem morbus cessauerat, tum post recidiuam quarto die, hoc est in summa, decimoseptimo fuisse iudicatos. Cæterũ his omnibus dictis, quamquam sufficientibus ad pulchrè ostendendum decimiseptimi vires & potentiam in decernendo, non contentus Hippocra. Subintulit. Neque cuiquam eorum, qui hoc mo

Aliis exemplis ex Hipp. petitis 17. iudicatorium esse confirmatur.

Tandem 17. fidè iudicabatur morbus.

Decernendi vim 17. inesse quomodo Hip. innuit.

do ægrotauissent, morbi recidiuam factam animaduerti.

Decimus-octauus rarò indicat.

Decimusoctauus dies (qui rarò apud Hippocratem & Galenum iudicat) iuxta Archigenis opinionem, ita se habet ad 21. vt 17. ad vigesimum, quemadmodum autem vigesimus magis iudicat, quàm 21. ita 17. potius quàm 18. Quin dies qui à 17. surgunt validiores sunt, ac fidei plus habent, quàm qui à decimooctauo manant, ídque duplici nomine, primùm, quod illi experientia non solùm frequẽter, sed & firmiter decernere sunt deprehensi: deinde quod huius ordinis dies, testimonio suo sese inuicem iuuent. Si enim 17. validè iudicare intellexerimus, profecto hic 20. testimonio suo iuuabit, certóque significabit ipsum frequenter iudicare pari ratione vbi vicesimum crisimum esse cognouerimus, Is sanè fidem fecerit, testetúrve, 24. 27. 34. 37. 40. 60. alióśque eius ordinis dies crisimos esse. Vtrum verò ordinẽ qui à 17. an qui à 18. surgit experientia ipsa comprobet in Epid. Hipp. declarauit, ac tertium ordine ægrotũ post tres aëris cõstitutiones adscriptum Herophontẽ decimoseptimo iudicatũ fuisse ait. Philini vxorẽ vicesimo die obiisse. Deinde & post hãc vxoris etiam Epicratis, meminit, de qua sub totius historiæ finẽ hunc in modũ scribit,

Dierum ordinem qui à 17. surgit. validiorem esse eo, qui a 18. emanat. idq; bifariam ex perimentis & aliorum dierum testimonio.

Exemplis é 1. epid. petitis, ordinem dierum à 17 validiorum esse.

Herophon. Philini vxor Epicratis vxor.

bit, Quadragesimo pauca, biliosa vomuit. Octogesimo integrè iudicata est, & febre liberata. Post hanc sexti ordine ægroti Cleonactidæ meminit, sub orationis finem hoc adscribens. Octogesimo riguit, febris acuta eũ prehendit, multùm sudauit, minxit, hypostasis rubra, læuis perfectè iudicatus est. Decimus itẽ æger est Clazomenius, quẽ & ipsum quadragesimo iudicatũ ait, Atqui quadragesimus dies ex ordine decimiseptimi est, queadmodũ & octogesimus. Non solùm igitur ex eo quod permultos in ordine decimiseptimi iudicatos fuisse cõmemorat, manifestum est ipsum eum ordinem altero esse validiorem. Sed & ex eo etiam quod neque decimioctaui neq; vicesimiprimi, 25. 28. Imò neque etiam 32. 35. 42. 63. nec octogesimi quarti meminit. Ex ordine autẽ 18. ne vnus quidem toto primo Epid. libro sit, qui tutò iudicarit, nedum perfectè salutariter, vt non occidat, id magnæ cuidã, & insigni alterius ordinis dignitati & excellentiæ attribuendũ est. An igitur in primo Epidimiωn sic in tertio verò aliter? Certè & illic eos in summã complectens, quos tota constitutione r- censuit, dixit omnes ferè qui incolumes euaserunt, 80. iudicatos. Alios verò, quorum particulatim nominatímque meminit, quadragesimo. Tertius ægrotus lib. 3. Epid. qui

Cleonactides

Clazomenius.

Alterius ordinis excellentia vnde arguitur.

In toto primo Epid. ne vnus quidem in ordine 18. perfectè iudicatus est.

Hip. in assignando ordine dierum constans fuit nec aliter in primo, aliter 3. Epid. scripsit.

Exempla 3. Epid.

Qui in Dealcis horto iacebat. in Dealcis horto decumbebat, quadragesimo die pituitosa deiecit, alba, copiosa, sudauit largiter, per totũ, perfectè iudicatus est. Alios ratione vicesimi sæpius iterati iudicatos esse ait: vt in Heropyti historia cernere *Heropytus.* licet, qui centesimo vigesimo die integrè iudicatus est. Itẽ quosdã 24. die, & 27. & adhæc 34. iudicatos bene simul & tuto & integrè scripsit. Vicesimoquarto quidem Abderites *Nicodemus Abderites.* Nicodemus, vicesimoseptimo die virgo in *Virgo in Abderis.* Abderis quam & ipsam cum largè sudasset, perfectè febre fuisse liberatã dicit. Anaxion *Anaxion.* octauus æger ab aëris constitutione lib. 3. Epid. 34. die integrè prorsus febre liberatus est, & fide iudicatus est, verùm neminem vsquam toto illo libro 3. Epid. comperias, qui *Nemo in ordine qui est à 18. lib. 3. Epid. seruatus est, nec etiam mortuus, præter delearcis vxorem, quæ vicesimo primo obiit.* in aliquo die eorum qui ab ordine 18. surgeret, seruatus sit, neque enim solũ nemo in his diebus seruatus est, sed ne mortuus quidem si Delearcis vxorem exceperis, quæ 21. interiit: at in dierũ ordine, qui à 17. sunt, permulti quidem seruati sunt, & nonnulli vita functi, vt ei mulieri accidit, quæ in Cyzico *Mulier in Cyzico.* gemellas cùm peperisset, decimoseptimo die mortua est. Et ille in Libya adolescens, qui *Adolescens in Melibœa.* omnium vltimus ab Hippoc li. 3. Epid. descriptus est, 24 obiit. Tertius ab initio Her- *hermocrates* mocrates 27. Apollonius qui in Abderis de- *Apollonius.* cumbebat, decimustertius ægrotus ab aëris

statu

ſtatu deſcriptus 31. Nullus denique neque in primo Epid. neque in tertio aut à morbo liberatum eſſe, aut interiiſſe legitur, in toto illo dierum ordine, qui à 18. manat: at verò omnes illis diebus iudicati eſſe comperiuntur, qui iudicatorii habētur, nempe illis qui in ordine 17. ſunt. Vnus tantum 21. obiiſſe comperietur. Ex Hippocratis igitur doctrina colligere licet decimumſeptimum de ordine decimiquarti eſſe & quandam affinitatem cum illo habere. Ex illo verò, decimūoctauum excidere. Cōſtat etiam ex eiuſdem doctrina dierum à 17. ordinem validiorem eſſe, eo qui à 18. ſurgit. Cùm fieri non poſsit vt dies ſibi proximi (cuiuſmodi ſunt 17. & 18) criſimi ſimul eſſe valeant. Si igitur 17. criſimus ſit, de ordine criſimorum decimuſoctauus excidet.

Omnes in ordine dierum. à 17. manantium. lib. 1. & 3. Epid. mortui comperiuntur.

17: & 18. aque criſimos non eſſe.

Viceſimi diei hiſtoria. CAP. XX.

VIceſimus dies criſimus dies eſt radicalis, & morborum acutorum quibuſdā diebus haud citato motu procedentium, aut imperfectè iudicatorum terminus ab Hippoc. lib. de iudicationibus conſtituitur, ipſe etiam hunc ipſum diem ſexti quaternarii, & tertiæ ſeptimanæ finem ſtatuit. Vt enim 17. primi in tertia ſeptimana quaternarii finis eſt, & alterius initiū: ad vi-

20. dies morbos acutos lente procedentes iudicat, aut imperfectè iudicatos, ſuperiudicat

cesimum sanè diem huius ipsius septimanæ finis deueniet, quo rationi consentaneum esse putauit Hippocrates ita 20. diē experientia explorare, vt decimūseptimum experientia quoq; antea explorasset, & ne fortè quispiam de eo dubitaret, aut vicesimo primo postponeret, postquā crisimū esse comperit, talem eum esse scriptis mandauit. Quamobrem post illa quæ de 17. Epide. primo scripsit, de vicesimo hunc in modum scribit. Quibus autem pone aures parotides subortæ sunt, his morbus vicesimo die iudicatus est. Subsedere autē omnibus, nec in pus versæ sunt, sed ad vesicam declinarunt. Atque id quidem satis esse posset, verùm postea iterum dicit: Quibus septimus dies crisim attulit, iis nouē dies morbus interquieuit, rediit, ab recidiua quarto iudicatus est, in summa scilicet vicesimo. tum iterum deinceps. Quibus verò septimus dies decretorius fuit, iis sex dies morbus intermisit, deinde rediit, inquit, tum septimo est iudicatus. hoc est, in totum vicesimo. deinde paulùm progressus: Sunt, inquit, quibus vndecimo die crisis superuenit, recidiua decimoquarto. Crisis vicesimo perfectè subsecuta est, tum ordine etiam subdit: Si verò, inquit, nonnulli vicesimo rigebant, hisce morbus iudicabatur quadragesimo. Ex Hippocratis igitur

Hip. experientia comperit 20. diem validum crisimum esse.

Hipp. Loci quibus indicauit 20. decretorium esse.

igitur doctrina inferre licet 20. non 21. ordinem 14. ſequi. Satis nouerat Hippoc. vſu & experientia edoctus, quod ſi quis validis decretoriis, hoc eſt, iis, qui in quaterniones & ſeptimanas ſurgunt, decimumſeptimum adſcripſerit, eundem & 20. & 40. adſcribere coactum iri. Et item vt viceſimumquartum, ita & 31. Rurſum ſiquis viceſimum adſcribat, ſtatim & 14. & 17. & 40. adſcribere cogetur. Et ſanè ſi quis quadrageſimum validis decretoriis adnumeret, certū eſt etiam & hunc huic ordini neceſſario adſcribere, debere decimumſeptimum, & 20. Qui verò viceſimumprimum validè iudicantibus adnumerat, pari ratione etiam 18. & 42. adſcribere cogetur, illum quidem vt viceſimi primi indicem, hunc vt ſeptimanas ſex explentem. Neque integræ ſeptimanæ ſupputādæ, & connectendæ erunt, vt nonnulli ad rationem ſolum, non adeò ad experientiam animum appellentes, exiſtimarunt. Oportebat enim quadrageſimumſecundum eſſe decretorium, ſi dierum ſupputatio ſecundum integras ſeptimanas fieret. Sic & 84. decretorius erat inueniendus, non autem octogeſimus. His itaque diebus animum adhibere oportet, vt qui decretoriorum dierum ordinem planè doceant. Nam ſi Cleanactides totius corporis concuſſione acutáque febre

Hip. eos dies qui a 17. & 20. per quaternarios ſurgunt, criſimos eſſe voluit, non eos qui a 18. & 21.

Septimanæ non ſunt integre numerande. hinc poſt 14. ortæ eſt inter medicos diſſentio de ſupputatione.

20. Numerus magnã vim & dignitatem habet. infestatus, tandem sudore largo octogesimo iudicatus est, constat sanè numerum 20. magnam quãdam vim & facultatem obtinere. Hoc enim sæpius in se ducto & aucto octogesimum sicuti & 40. & 60. & centesimum vicesimum fieri contingit, vt post dicemus.

20. Quid preter alios eximium obtinet. Vicesimus ex tribus septimanis conflatus, hoc (præter alios qui præcedunt) eximium habet, vt ἀκριβῶς τελεία περίοδος. id est, summè perfectus circuitus sit, quoniam si componatur semper, & in sese ducatur, haud alio

20. τελεία περίοδος ex 3. septimanis constans. Septimus seipsum non auget. amplius egebit circuitu. Atqui ne vni quidem eorum qui vicesimũ præcedunt, hoc accidit. Si enim septimus seipsum augeret, certè is in 14. 21. 28. 35. & 42. produceretur. Decimusquartus pari modo, & 18. pareret, & 42. & alios circuitus. Et si quaternarius

14. ἡμιτελὴς περίοδος. 2. septimanis constans. Quaternarius in seipsum non ducitur. Cherion 20. perfectè iudicatus. Euryanactis filia 20. periit. l. 3. epid. Philini vxor 20. interiit. lib. 1. Epid. etiam ipse in seipsum duceretur, & bis, ter, aut quater augeretur, 12. & 16. validos decretorios efficeret. Cherion qui apud Demenetum habitabat, in vigesimo tãtum seruatus est. Euryanactis filia & Philini vxor periere.

Dierum qui post 20. sunt ad 40. vsque historia.
CAPVT XXI.

NVnc mihi adhuc propositum est, ex Hippocr. & Gal. doctrina, quinam à vicesimo ad quadragesimũ vsque dies sint crisimi, percurrere. Archigenes sanè

nè quidem Dioclésque vicesimumprimum ante omnes potissimùm primo loco dignati sunt. Et verò Archigenes ipsum vicesimo præposuit. Hippocrati tamen sicut & Galeno, aliter visum est. Hip. enim vsu & experêitia edoctus, vicesimo primo decernendi vim ademit. Neque enim in primo Epid. Neque in tertio alicuius ægroti meminit qui in vicesimoprimo iudicatus sit, si Delearcis vxorem excipias, quam vicesimoprimo obiisse scribit, sed quoniam secundus, quartus & sextus Epidem. libri vel ipsius Hippocratis sunt, vel Thessali eius filii, horum etiã paucis meminerimus, in secundo libro 20. dies & 40. crisimus comperietur, nõ autem 21. nec alius quiuis qui ab illo ordine manat. In quarto verò Epid. omnium sic dierũ meminit, vt raro quidem ad 20. perueniat, excedat autem semel & progrediatur ad 24. hinc licet cognoscere 20. simul vt & vicesimumquartum de morbis decreuisse, non tamen vllum ex alio ordine alium. Quinetiam in sexto Epid. paucos quidem cùm ægrotos, tùm aëris constitutiones percurrit. At nec hic quidem quemquam in alterius ordinis diebus iudicatum esse videtur agnoscere. Quod si & quinti quoque Epid. cuiuslibet tandem ille sit, meminisse par est, & hic etiam quinquaginta sunt vniuersi ægroti, ve-

Archigenes 21. preposuit vicesimo.

Hip. vim decernendi 21. aduenit.

In primo & 3. Epid. vnus tantum comperitur qui 21. die iudicatus sit.

In 2. epid. 21 Crisimus non comperitur.

In 4. Epid. 21. non meminit, neque in sexto.

In 5. Epid. licet 50. sint ægrotihorum nullus 21. iudicatus est.

ti, verùm neque decimooctauo, neque vicesimoprimo, neque vt paucis expediam, alio vllo huius ordinis die ipsorum quisquam fuit iudicatus. Et licet concedatur vicesimumprimum crisimum esse, quod in ipso quidam iudicati visi sint, nonne fieri potest vt crisis in duos dies protendatur, ac 20. & 21. etiam occupet? Cùm autem duos dies crisis occupat facilè est cuiquam pro arbitrio, huic aut illi crisim attribuere. Cũ alioqui arduũ sit sine accurata distinctione cui è duobus diebus debeat ascribi iudicatio dignoscere. Vicesimiseptimi similis est ratio. Siquidem hunc etiam Galenus vicesimooctauo anteponit. Diocles & Archigenes illi postponunt 27. inter alios præcipuus est. In eo morbi iudicantur cùm sit finis mensis. Virgo in Abderis per sudorem 27. iudicata est. Habet quoque & tricesimusquartus vim non contemnendam. Nam Anaxion per sudorem 34. iudicatus est: & ipso etiam magis quadragesimus. His verò minus decernũt vicesimusquartus & tricesimusprimus, & multò his adhuc minus tricesimusseptimus. Ita vt in dierum decernentium, & eorum qui non decernunt medio collocatus esse videatur, sed magis quidam esse ex eorum numero qui non decernũt. Alii dies qui inter 20. & 40. intercedunt, iudicãdi vim nullam obtinent,

Iudicatio interdum duos dies occupat vt 20. & 21.

27, post 21. magis aliis morbos iudicat.

Virgo in Abderis 27. iudicata l. 3. epid.

34. Dies potentiam essatu dignam habet: Anaxion 34. iudicatus.

Nicodemus in Abderis 24. iudicatus est.

λζ 37. medius est.

tinent, ſunt autē duodecim ſequentes. Nempe κϐ Viceſimuſſecundus. κγ 23 κε 25 κϛ 26 κθ 29 λ Triceſimus λϐ 32 λγ 33 λε 35. λϛ 36 λη 38 λθ 39. Sed qui dies ſunt ad decimum quartū vſque, magnas in morbis fluctuationes & perturbationes adferunt. Proximè ſunt qui ad 20. qui poſt hunc ad quadrageſimum ſuccedūt vniuerſi: hi paulatim vehementiam, laborioſūmque certamen remittunt, vt & qui poſt 40. ſunt omnes prorſus languent, coctione potius, & abſceſsibus, quàm criſibus morbis finem imponentes, & ſolutionem adferentes. Fiunt tamen in his diebus iudicia per excretiones, ſed rarò, nec laborioſum certamen habent: & vt plurimùm criſes pluribus diebus ſoluuntur, maximè cùm in abſceſſum vertuntur, quod exemplis deſumptis è primo & 3. Epid. Probari poteſt. Dies enim qui poſt decimūquartum ſunt vehementiam ſuā remittunt: vt in Clazomenii hiſtoria apparet, cui tumores ſecundū aures die 27. cū dolore coxæ vehementi adfuerūt, & quadrageſimo tandē liberatus eſt. Hic decimus eſt ęgrotus tēpeſtate 3. Primi Epid. Qui in dealcis horto iacebat, ſignis coctionis 24. die apparētibus excretionibus, id eſt ſudore quadrageſimo iudicatus eſt. Et Anaxion Abderites 27. die cocta multa eduxit. In vrinis hypoſtaſis mul

Inter 20. & 40. diem 12. dies non decernentes.

Dies poſt 40 coctione potius morbos & abſceſsibus quam criſibus termināt lib. 1. κρισ. ἡμερ.

Exemplis probatur dies a 14. vehementiā ſuā remittere.

Clazomenius

Qui in Dealcis horto iacebat.

Anaxion Abderites.

ta, alba: tandem 34. ſudauit per totũ, & prorſus iudicatus eſt. Cõtrà, dies qui ſunt ad decimumquartum magnas in morbis adferũt perturbationes. Primùm enim conſtat Phreniticum illum, cuius meminit Hipp. lib. 3. Epid. ſicuti & Caluum Lariſſæum vtrunq;, inquã die quarto obiiſſe comperias, & Philiſtem Thaſium. ſicut & Eraſinũ octauum cõſt. 3. primi Epid. & Anginoſam 5. die tres illos, inquam obiiſſe. Philiſcum ſexto, adoleſcentulum, qui in mendacium foro iacebat, ſeptimo: Silenum qui ſecundus eſt: conſtitu. 3. primi, vndecimo: Mulierẽ illam quæ iacebat in mendacium foro, decimoquarto obiiſſe. Diem autẽ mortis cuiuſlibet horũ, magnas perturbationes anteceſsiſſe, citatis hiſtoriis tùm. 1. tùm 3. Epid. comperies.

Quo dierum numerus augetur, eo morbi magnitudo minuitur & contrà.
Dies ad 14. vſque magnas agitationes adferre Phreniticus. l. 3. epid.
Caluus in lariſſa.
Philiſtes in Thaſo.
Eraſinus.
Anginoſa.
Philiſcus.
Adoleſcentulus.
Silenus.
Mulier iacẽs in mendaciũ foro.

Dierum à viceſimo ad quadrageſimum ordo.

A 20. die ad 40. vim mẽtione dignam habent.	κζ. 27. poſt hunc λδ. 34. & ipſo etiam magis μ. 40. his minus decernunt κδ. 24. & λα. 31. & his multò minus λζ. 37.

λζ. 37. In dierum decernentium, & eorum qui non decernunt medio, collocatus eſſe videtur, ſed magis quidẽ eſſe ex eorum numero qui non decernunt.

Non decernentes ſunt duodecim.	κβ. 22. κγ. 23. κε. 25. κϛ. 26. κθ. 29. λ. 30. λβ. 32. λγ. 33. λε. 35. λϛ. 36. λη. 38. λθ. 39.

Quadragesimi 60. 80. 100. 120. historia.
CAPVT XXII.

QVadragesimus dies interdum quidẽ diuturnorum planè morborum intermissionem habẽtium : interdum verò acutorum terminus statuitur, cùm morbi ii, qui ex decidẽtia acuti sunt, exactæ solutionis longissimum terminum habeant, diem quadragesimum. Nonnulli verò etiam cum febre continua semper ad hunc vsque diem protendantur. Hac vtique ratione Hippocrates 1. Prognost. hunc in modum dicebat: Bonam autem respirationem existimare oportet, magnam vim ad salutem habere in omnibus morbis acutis, quicunque cum febre sunt, & in quadraginta diebus iudicantur. Non enim in acutis simpliciter, etsi potuisset, dixit: sed cũ hoc additamẽto καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, id est, in quadraginta diebus iudicantur, quod scilicet acuti quidã sunt, qui vt integrè soluantur, in eum diem protrahuntur. Acuti igitur simpliciter vltra decimumquartum iniudicati non progrediuntur.

40. Interdũ acutorum, interdum diuturnorũ terminus est.

Tria morborum genera ad 40. mouentur.

Qui verò in quadragesimum recidunt, hi ipsi interdum sunt, qui non perfectè intra decimumquartum sunt iudicati, interdum verò hi, qui ab ipso statim initio tardè mouentur, licet ad 40. vsque febrem cõtinuam comitem habeant, tales morbos Gal. vocat

L.2.κρισ. ἡμερ.

νοσήματα ἀρχῆς ἕως τῆς τεσσαρακοστῆς ἐκτεινόμενα κολυόμενά τε καὶ βραδέως κινούμενα, siue ὑπόβρυχια καὶ μολυνόμενα, alias ὑποβρύχια βραδίως τε καὶ οἷον μεμολυ-μένως κινεῖσθαι ἀρξάμενα. Veteres interpretes ægritudines sepultas in profundo corpòris vertũt, nonnulli tamen medici post 14. ne numerandos quidem esse existimarunt morbi dies. Quoniam is terminus est acutorum, præsertim si morbus, motus inæquales habeat, vt si diebus aliis vehementiam sumat, deinde sensim eam remittat, rursúmque postea augeatur, & motum continuum sumat. Quinetiam & tertiũ illud genus lentorum, ac submersorũ planè morborũ est, qui acutis opponuntur, quadragesimũ habet decretoriũ. χρόνιον ἢ χρονίζον νόσημα dicetur. Alii verò medici quamuis numerare morbi dies post 14. soleant, indistinctè tamen iudicationis plures dies, cui dierum placet, adscribunt. Accidit enim vt morbi inueterascentes, cũ iudicationis turbationẽ vehementem, tum alterationis breuitatem remittant, duos sæpe dies vel etiam tres occupent, quo casu perfacile est

Etiam post 14. diem acutorum morborum dies numerandos esse.

Crisis ad 2. aut 3. dies interdum protenditur.

eſt ei è duobus aut tribus diebus, cui dierum quis voluerit, iudicationem adſcribere. Verùm Hippocrates paſsim, non ſolũ ante 14. ſed etiam poſt, morbi dies numerat: aliquando enim in ægrotis die ſeptimo, vndecimo, vel decimoquarto, morbum iudicatum eſſe ait, aliquando verò circa viceſimũ, quadrageſimum, vel alium quempiam, vt in prima ſtatim & ſecunda cõſtitutione primi Epid. In prima ſiquidẽ ait. Quibus breuiſsimi morbi fuerunt, iis circa viceſimũ, plurimis, circa quadrageſimũ, non paucis, circa octogeſimũ iudicatio facta eſt. In ſecunda verò rurſum conſtitutione. Sunt quibus, inquit, circa viceſimũ diẽ morbus iudicatus eſt, verũ pauci ii, quibus etiã breuiſsimi morbi fuerunt. In tertia itẽ. Sanguis fluere modicè cœpit circa viceſimũquartũ diẽ, & abſceſſus in hæmorragiã conuerſi ſunt Antiphonti Critobuli: iudicatus is eſt, & integrè liberatus circa quadrageſimum.

Antiphon Critobuli filius circa 40 iudicatus. lib. 1. Epid.

Vbi aduertendũ erit Hippocratẽ poſt 14. mutata loquendi formula efferre, morbos circa 20. 27. 40. aut 60. iudicari, addita particula περὶ vel πρὸς: ante 14. autem ἁπλῶς τεταρταῖον, πεμπταῖον, ἢ ἑβδομαῖον κέκρισθαι, quod eſt ſimpliciter quarto 5. aut 7. Iudicatũ eſſe.

Hipp. loquendi formula

Nã quando morbi vlteriùs progrediuntur, & χρονίζοντες fiunt, ea fluctuatio, quæ præcipitẽ immutationẽ præce-

dit, & ἀθρόως fieri ſolet remittitur. Hinc fit vt iudicationes quæ κατὰ βραχὺ id eſt, paulatim fiunt, duos aut tres dies occupent. Plurimi ſiquidem diuturni morbi ſunt, qui abſceſsibus, aut coctionib⁹ potius, quàm excretionibus ſoluũtur. Quod ſi nõnunquã accidat, vt horũ nonnulli abſceſſu inſigni, aut excretione ſoluantur, ea ſanè ſolutio non vno die, ſed duobus tribusve diebus perficietur: verũtamen neque iccirco inueteraſcentes morbos, ſine vlla omnino manifeſta excretione iudicari, ſicuti nec plures dies neceſſariò adſumere, exiſtimandũ erit. Nã octogeſimo Cleonactidem apud Hippoc. 1. Epid. comperias ipſum cõcuſſum eſſe, acutéque febricitaſſe & ſudaſſe largiter, ac διὰ μιᾶς ἡμέρας, ἤ τοι ἀθρόως, quod eſt vno die ſeu ſubito & cũ excretione iudicatũ eſſe. Quinetiã alios ægrotos repẽrias, qui vno die, per excretionẽ in procedente inueteraſcentéque morbo iudicati ſunt. Nã Nicodemus in Abderis 24. die per vrinas iudicatus eſt. Anaxiõ per ſudores 34. Virgo in Abderis per ſudores 27. Itaque diuturniores morbos lentè remittere illam, quę per certamẽ cõmotionémque fit, ſolutionẽ, rectè & verè dici poteſt. At quod nunquam vno die ſubita eorũ mutatio fiat, id eſt à veritate alienũ. Cũ enim verbi gratia rigor vehemens non ante acceſsionem omnino, ſed vna

Vnde fit vt iudicatio poſt 14. plures occupet dies.

Diuturniores morbi abſceſſibus potius aut coctionibus quàm excretionibus iudicari ſolent.

Cleonactides vno die & cum excretione iudicatus eſt.

Morbos poſt 14. vno die ἀθρόως ſeu cum excretione etiam iudicari.

Nicodemus Anaxion. Virgo in Abderis.

vnà cum ipsa inuadit, febrísque calidissima toleratu difficilis accedit, sudórque copiosus manat è toto corpore, hominē prorsus febre liberās, nonne id per iudicationē fieri dicemus? Verū in descriptis ab Hipp. ægrotis lib. 1. & 3. Epid. licet deprehendere eiusmodi morborū inueterascentiū solutiones, non fieri cōtinuato morbi acumine ad 20. 27. 34. 40. morbi enim continuatū acumen vltra 14. protendi non potest: sed cùm soluti esse videntur, secūdò rursum recidiui redeunt, & deintegrò occipiūt. Sępe autē particulares ipsæ recidiuæ, in diebus quibusdā crisimis incipiunt, & cū per aliquē crisimorū numerū processerint, rursùm in alio quopiā die crisimo iudicantur, atque sic particulares quidē singulæ accessiones acutæ fiunt, totū verò diuturnū. Interdū verò intermissiones, ipsorū numero quodā decretoriorū dierū circunscribuntur, veluti siquis vndecimo iudicatus imperfectè, decimoquarto morbi recidiuā patiatur. Et item rursum, si quis vicesimo iudicatus parū integrè, vicesimoseptimo reuertat morbus, inde postea cū acutè ægrotauerit, quadragesimo iterū iudicetur. Exēpli loco esse potęrunt Epicratis vxor, Cleonactides, Cherion, Euryanactis filia, Parius, Hermocrates, & nōnulli alii, quorum morbi magna ex parte interrupti sunt,

Morbi continuatum acumē vltra 14. protendi non potest.

Morborum intermissiones numero quodam dierum crisimorum circunscribi.

Morborum motus inæquales.

Aegroti quorum morbi inequales motus habuerunt.

ita vt aliis diebus vehementiores facti, postea remissi sunt, rursúmque deinde crescentes motũ continuatũ sumpserunt. Hæc profectò in ægris deprehendet, & quisquis diligenter eis assidere, & qui ægrotos alios ab Hippocrate descriptos, obseruare voluerit.

Dies post 40. contemnit Hip. præter 60.80.100. 120.

Cæterùm alios quidem omnes dies qui post quadragesimũ sunt, contemnere planè videtur Hippocr. sexagesimi tamen, & octogesimi, & centesimi vicesimi, habet rationẽ: sic quasdã puris eruptiones ad 60. vsque diem peruenire dixit li. 2. prognost. Epicratis vxorem octogesimo obiisse refert. Cleonactides eodem octogesimo perfectè iudicatus est. Mulier in Thaso mortua est octogesimo,

Aegroti qui post 40. iudicati sunt ex lib. Epid.

Parius ĩ Thaso cẽtesimo vicesimo die obiit, Heropytus cẽtesimovicesimo perfectè iudicatus est. Sicque dierũ crisimorũ analogia, numerãdive series à 14. ad centesimũvicesimũ perpetuò eadẽ seruabitur. Vt enim 14. &

Decernentium dierum proportio à 14. ad 120. seruanda.

secũdæ septimanæ finis est, & tertiæ principiũ: ita & 34. quintæ terminus est & sextæ initiũ, vt tres septimanæ viginti semper diebus circũscribantur. Ideóque 60. nõ 63. crisimus erit, ac pari ratione octogesimus. 100. & centesimus vicesimus. Verùm vt progres-

Minorum, periodorum siue quaternariorum & septenariorũ vis tandem

su tẽporis crisεωn vehementia paulatim remittitur, & languescit: ita & imbecilles dies crisimos obscurari planè cõtingit, solos verò

rò illos ſemper perſiſtere,& vim ſuā ſeruare qui perfectum criſimorum dierū circuitum abſoluūt. Primus autē perfectus circuitus is eſt, qui diebus viginti ac tribus ſeptimanis abſoluitur:viceſimus quadrageſimus 60. 80. 100. 120. perfecti circuitus ſunt, qui omnes ex 20.bis,ter,quater,ac ſæpius aucto exurgunt.Poſtea 120.dies,mēſes 4.abſoluunt, ac tum incipit criſis, quæ per menſes fit, & quemadmodū quartus dies, aut iudicat, aut 7.index eſt:ita quartus menſis aliquando iudicat,interdum menſis ſeptimi index eſt, ſic in annis progrediendum erit,ita vt 4.annus 7. ſit index, ſic itaque morbos alios menſibus ſeptem, alios annis ſeptem, alios etiā in binis & ternis annorū hebdomadis,ſiue annis 14.& 20.iudicari innuit Hip. apho. 28. lib.3.aph. ſic ſcribens. Plurimi verò morbi puerulis iudicantur: hi quidem quadraginta diebus,illi verò in ſeptem mēſibus, aliqui in ſeptem annis, nonnulli quùm ad pubertatem accedunt. Quicunque autem puerulis perdurarint, nec propè pubertatem deſierint, aut fœminis,cum menſtrua eruperint,hi conſeneſcere conſueuerunt.

aboletur, ac perfectis periodis producti morbi iudicantur.

Perfecti circuitus.

4. menſis. 7. index.


DIERVM INDICVM ET CRISIMOrum concinnitas,& analogia, iuxta Hippocratis doctrinam.

Indices & cõtẽplabiles dies.	4. 24. 44. 74. 84. 104. 11. 31. 51. 71. 91. 111. 17. 37. 57. 77. 97. 117.	Quaternarii 36. septimanæ 18.
Crisimi dies.	7. 27. 47. 67. 87. 107. 14. 34. 54. 74. 94. 114. 20. 40. 60. 80. 100. 120.	

Cõcinnitas eadẽ in intermittẽtium febriũ periodis seruãda est. Nam	Tertiana exquisita, 7. circuitibus iudicatur. Quotidiana, ex pura pituita 60. diebus terminatur. Quartana, ex pura melancholia 120. periodis, vt plurimùm desinit.

PRIMI LIBRI FINIS.







ANTONII PETITÆI AMBIANI,

LIBER SECVNDVS CRISImerologij, causas Crisimorum dierum complectens.

Quid agendum, disputandúmque hoc secundo lib. Item causarum genera.

CAP. I.



IERVM Crisimorũ experiẽtia Hippocratis inuentorũ, ac grauissimorum medicorum obseruationibus, in variis regionibus, omni tempore comprobatorum, historiis enarratis: Nunc hæc cõscribere par est, in eorum gratiã, qui causas ob quas fiat, vt omnes dies non æquè de morbis decernant, scrutari, & ratione expendere, præstantius ducunt, quàm in ipsorum differentiis experimento indagandis, tempus & operam impendere. ac primum sanè inuentionis dierum decretoriorum principia, qualia superiore libro tradita sunt, pro confessis habere, & admittere conuenit. Sunt autem hæc genere

Duo principia inuẽtionis dierum Crisimων.

duplicia. Horum alterum genus experientia, alterum ratione nititur. Et experientia quidem planè testatum, comprobatũmq; est, nõ omnes pariter dies de morbis decernere: sed septenarios validissima virtute esse præditos: Secundo post hos loco quaternarios, quosdam extra hos coincidere: Item neque omnes septimanas à se inuicem separari: sed ipsarum aliquas etiam cõiungi: ad hæc neque omnes quaternarios separari, sed horum aliquos disiungi: aliquos etiam coniungi: prętereа Crises vt plurimum contingere in acutis quidem morbis, imparibus diebus, in diuturnis, paribus. Sanè hæc omnia de quibus etiam prius dictum est, experientia abundè satis testata, comprobatáque sunt. At vero nobis Crisimorum dierum causas ratione vestigare conantibus, perspicuam, fore hanc nostram tractationem visum est, si ab vniuersalibus exordiremur, & causarum omnium genera ad inuentionem earum, quę nobis nunc inuestigandæ sunt, recenseremus. talem enim methodum sequi oportet eum, qui rerum naturas, & causas perquirere voluerit, vt Arist. scriptum reliquit. Nam cùm consideratio causarum sit sciendi gratia, tum scire vnumquodque non antè nos existimamus, quàm intelligamus, quamobrem sit quod in eo positum est, vt causam primum penitus cognitam habeamus. Causæ autem nomen bifariam accipi potest: vel vt explicat rem cuius causa dicitur: vel vt est id, quod ad alicuius rei constitutionem necessariò requiritur. Priore modo causam vsurpat

Initio φυσ. ἀκροάσ.

Causæ nomen bifariam sumi.

Arist. dum sic scribit libr. 2. φυσ. ἐπεὶ γὰρ τοῦ εἰδέναι χάριν τὰ φυσικὰ ἡ πραγματεία, εἰδέναι δὲ οὐ πρότερον οἰόμεθα ἕκαστον, πρὶν ἂν λάβωμεν τὸ διατί, περὶ ἕκαστον, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λαβεῖν τὴν πρώτην αἰτίαν, δηλονότι καὶ τοῦτο ποιητέον, καὶ περὶ γενέσεος καὶ φθορᾶς καὶ περὶ πάσης τῆς φυσικῆς μεταβολῆς ὅπως εἰδότες αὐτῶν τὰς ἀρχὰς, ἀνάγειν εἰς αὐτὰς πειρώμεθα τῶν ζητουμένων ἕκαστον. Proinde cum quatuor tantum quę stiones esse animaduertisset, quibus quidpiam quæri posset, eorum quæ ad naturalium rerum constitutionem pertinent, quatuor etiam genera causarum, constituit. Sic enim deinde scribit:
Vno quidem modo causa dicitur, id ex quo ali- Arist. φυσ. ἀκροας. t. β
quid ita conficitur, vt in reipsa insit, ac perma- pag. 143. 1.
neat, vt statuæ æs, & argentum pateræ, & quæ to. cod.
sunt eiusdem generis. Alio autem modo, for- Græc. ba-
ma atque exemplar, id est ratio & definitio na- sil. idem
turę cuiusque, & eius genera, vt eius concentus iisdem fe-
qui διὰ πασῶν nominatur, & dupla proportio, re verbis
& vno nomine numerus, partésque quas defi- repetit me
nitio complectitur. Præterea id vnde primum taph. τοδ'.
mutationis, aut quietis principium ducitur: pag. 359.
veluti is qui consilium dedit, aut cepit causa est, Tomi. 2.
& pater filij, vnoque nomine id quod efficit ef- Causa ma
fectus, & quod mouet, eius quod mouetur. terialis.
Formalis.
Efficiens.
Quartum etiam causæ genus est, finis, id est, Finalis.
cuius causa aliquid fit, vt ambulationis valetudo: si enim quæratur, cur ambulet, respondemus, vt valeat: quod cùm diximus, causam nos attulisse arbitramur: eáque omnia quæ cum aliud motum attulit, inter illud & finem interiecta sunt, vt inter medicum & valetudinem macies, vel purgatio, vel curationes & medicinæ, vel instrumēta. Hæc enim ad finem omnia

pertinent. Sed inter se differunt, quod alia opera, alia instrumenta sunt. Altero modo sumptã causam multi ex Aristot. sententia sic describunt: est id ad cuius essentiã, sequitur aliud: ex qua quidem descriptione, quatuor dicta causarum genera deduci possunt: siquidem ad essentiam ipsius materiæ, formæ, efficientis, atque finis, semper aliud sequitur. nisi enim materia ipsi constitutioni substerneretur, nihil fieret cum ἐξ οὐδενὸς οὐδὲν. quemadmodum quoque si forma deficiat, quę dat essentiam rei, res ipsa nequaquam existeret, ac multo minus si efficiẽs deesset, aut efficientis propositum: cùm natura, vel arte nihil sine causa producente, & rem ipsam alicuius gratia intendente, fieri certũ sit. Quãobrẽ vt ordine progrediamur de Crisimorũ dierũ materiali causa primo loco nobis agendum erit, ac inquirendum per singula morborum genera, in quónam genere horum dies ipsi Crisimi, obseruari debeant. an in morbis partiũ similarium, vt in intẽperie morbosa nudę qualitatis, aut eius quæ cum affluxu humoris est. Vtrum etiam in morbis partium instrumentariarum propriis, tum simplicibus, vt pote indecenti conformatione, magnitudine, numero, positura, aut horum compositione, locum habeant. Inquirendum quoque an in continui solutione, tumoribus præter naturam, considerari debeant, neque omittendum erit, an in symptomatis Critici illi dies spectari posśint. Secũdo loco causa formalis Crisimorum, eorúmque analogia proponetur, deinde mẽsium ratio tra

Alterum causæ significatũ.

detur, & an 20. dies potius quàm 21. decernat, aduersariorum Galeni opinionibus refutatis, expendemus ac diligentius ponderabimus. Tertiò ad causam efficientem progrediemur, ac in ea declaranda nobis potissimum elaborandum erit, ac ratione (cum supra experientia dies ab Hipp. & Gal. comprobatos, ac iudicandi vi dotatos recensuerimus) indagandum erit an causa cœlestibus, an naturæ, aut materiæ motui referenda sit accepta, an lunæ schematismi aliquid possint, qua ratione cœlestia Crisim efficiant, & alia eiusmodi inquiremus. Postremò de finali dierum Crisimorum causa agemus, ac sic progrediendo, hoc Crisimerologium absoluerimus.

Causa materialis dierum Crisimorum.

CAPVT II.



RISIMORVM dierum causa materialis, in morbis spectanda est, quorum crisis stato tempore fieri solet, cuiusmodi sunt morbi à materia pendentes, in quibus quidpiam repentè, & cum magna perturbatione excernẽdum est. Fit enim crisis natura prius per concoctionem separãte à bonis mala, & ad excretionẽ ea præparãte. Siquidẽ vt bona fiat crisis, coctionẽ præire oportet, subsequi verò discretionẽ, & postea euacuationẽ, vt testatur Gal. Ea autẽ euacuatio fieri subitò solet, nã crisis subita est in morbo,

Crisis vt bona fiat, coctionẽ præcedere oportet, subsequi discretionem, & postea euacuationẽ. lib. 2. aph. 13. & li. 4. aph. 22.

vel adſanitatem, vel ad mortem mutatio. Nudæ igitur qualitatis intẽperies morboſa, dierũ criticorum materia non eſt, cum in ea nihil motu critico excernatur. Neque tamen omnes morbi, à materia pendentes Criſimorum dierum materiales cauſæ exiſtunt. Illi enim morbi in quibus paulatim humidum natiuum areſcit, atque corpus ſubinde tabeſcit, criſim non habẽt, vt neque illi qui propter humorum copiam, craſsitiem, aut lentorem ſpirituũ ductus obturant, & ob humorum ad interiora motum, qui naturam, initio acceſsionum, veluti ſuffocant & extingunt non aliter quàm ſi lignorum viridium aceruum ſuper flammas conijcias. huiuſmodi morbi ſine criſi interimere poſſunt. At nemo repentè à morbo citra Criſim liberatur. Qui enim ſeruatur omnia morbi vniuerſalia pertranſit tempora, principium, augmentum, vigorem, & declinationem, quamuis in quibuſdam per repentinas criſes non videatur fieri declinatio. Moriturus autem ad declinationis tempus pertingere non poteſt, non tamen neceſſariò ad vigorem. Fieri enim poteſt vt ipſe in augmẽti, & principij etiam tempore moriatur, vt verò iudicetur non eſt neceſſe, potiſsimum ſi in principio morbi interit. Hoc autem accidit, vbi natura à morbo plurimum ſuperatur: tum enim aduerſus morbum certare non conatur, atqui ſine certamine non fit criſis.

Intemperiem ſine humoris affluxu Criſimorum dierũ cauſam materialem nõ eſſe.

Omnes morbos à materia pendentes Criſimorũ dierũ cauſas materiales non exiſtere.

Quo pacto quidã ſine Criſi moriãtur. Gal. lib. 3. Criſεων.

Criſis in exitialibus morbis vigoris tempus neceſſario non expectat.

An dies Crisimi in intemperie simplici animaduertendi sint.

CAPVT 3.



ERVM obiiceret fortasse quispiam Crisimos dies etiam in simplicis & nudæ qualitatis morbosa intemperie considerari posse. Nam crisim mutationis morborum speciem esse, scribit Gal. At qualitati mutatio ascribitur, quandoquidem mutatio motus est secundum qualitatem Arist. autore. Prima dubitatio. Initio lib. 3 Criseων.

Præterea natura à duabus potissimum causis, vt post dicemus, ad Crisim promouetur, nempe à morbi irritamento, & à cælo: atqui nudę qualitatis intemperies naturam vehementer irritat, & solicitat, siquidem nullius interuentu eam infestat, ac stimulat, materia verò siue humorũ affluxus naturam infestat, interueniente tamen intemperie morbosa, nònne igitur naturam, nudę qualitatis intemperie sola irritante, ad crisim promoueri concedes? Cælestis autem influxus nec minus naturæ, aduersus intemperiem simplicis qualitatis decertanti, auxiliatur, quàm si in eam, quę cum humorum vitio est, pugnaret, æqualis enim influxus est. Secunda. Tertia.

Nam morborum iudicationes quę à solis, & lunę cõmuni actione proueniunt, aëris immutatione fiũt, aëris autem immutatio ęquè cum simplicis qualitatis intemperie, ac cum ea quę cum humorum vitio est, pugnat: at iudicationes

à communi conditione promouentur, ſeu ab aëris immutatione: dum ſingulis diebus, horis, anni temporibus, aëris temperamẽtum immutatur, & de frigida conſtitutione in calidam, & contrà de ſicca in humidam, aut de temperata in aliam mutatur. Calidam autem & humidam aëris conſtitutionem Criſim promouere docet

Gal. ī aph. 6. lib. 3.

Quarta ratio.

Gal. Item diariæ febres omnium ſimpliciſsimę quæ ſpiritus tãtum ſunt affectiones, ſine humorum putredine, nihilominus tamen certis quibuſdam diebus deſinunt. Hos itaque omnes obices, ne cuipiam negotium faceſſant, amoliri conandum eſt: ſed primum illud memoriæ man

lib. 3 prgn.

dandum, quod Gal. ſcribit, nempe omnem iudicationem cum quadam euidenti vacuatione, aut abſceſſu fieri: at in ſimplici intemperie nulla fit excretio humoris vitioſi, in ea igitur nec Criſes nec Criſimi dies animaduertendi erunt.

Dubitationes propoſitę ſoluuntur.

Neque ſolùm in omni Criſi materię excretio deſideratur, ſed etiam & coctio, & ſecretio. At nudæ qualitatis intemperiem coctionem, aut ſecretionem admittere, quis dicet? In ea igitur iudicatio non fiet, neque ipſa iudicatoriorum dierum materia erit. verùm cùm nomen Criſis bifariam ſumatur, vel pro quauis ſolutione, quę nulla præcedẽte agitatione fit, hoc modo nudę

Criſis duplex ſignificatio.

qualitatis intẽperies Criſim nãciſci poterit. Altera ſignificatione Criſis, pro ea perturbatione & agitatione (σάλον καὶ ταραχὴν Græci vocãt) quę euacuationem ſolet præcedere, vſurpatur, hoc poſteriore modo non fit Criſis in ſimplici qualitate, requiritur enim materia, à qua ταραχὴ

ἀξιολόγος cõtingat, & huius excretione μετ' ἀγῶνος subsequente, repentina in egrotantis corpore mutatio concitetur.

An in morbis organicis, solutione continui, tumoribus præter naturam, symptomatis, dies Crisimi obseruari debeant.

CAPVT IIII.



ARTIVM similarium morbum, decretoriorum dierũ causam materialem existere cum demonstratum sit, num inquisitione dignum videtur, num etiam organicarum partium morbi, dierum prædictorum causæ materiales esse posint, quod sanè persuaderi posse hinc constabit, & primum si conformationem (quam Galenus sua lingua διάπλασιν vocat) spectes, cum apoplexiæ omnes fiant vi animali nequeũte defluere ad partes capiti subditas, aut ob aliquam phlegmonosam dispositionẽ, quæ cerebrum infestet, aut oppletis ventriculis cerebri pituitoso humore: hic igitur morbus cùm in cõformatione sit, in partibus videlicet, quas natura cauitatibus & meatibus quibusdam donauit, Crisimos dies nanciscitur. nam quicũque sani dolore capitis repente corripiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit, quemadmodũ docet Hippocrates. Ipse quoq; ait tetano correptos, in quatuor diebus perire: qui hos excess

Dies Crisimi an in conformatione obseruandi.

Gal. cõ. in aph. 42. l. 2

Hipp. aph. 51. lib. 6.

An in cõpositione & magnitudine.

ſerint incolumes fieri. Præterea angina Criſimos dies ſequitur, vt Hippocr. lib. 3. Prognoſt. de ea anginę ſpecie loquēs in qua fauces & ceruix rubent, ſic poſt alia infit: Si verò nec diebus decretoriis deletur rubor, neque tuberculo conuerſo in ſedem exteriorem pus non facilè excreet, mortem indicat, aut recidiuam. Præterea in numero partiũ iuſto corrupto, ſiue numeri partiũ morbo, Criſimi dies ſpectari poſſunt, vt in lũbricis, qui in numero morbum, eorũ critica excretione finiendum, efficiunt. Hos enim cum deiectione expelli morbo ad iudicationē eunte opportunum eſt, vt docet Hippoc. Nihil ſanè obſtare videtur quo minus natura ab his lũbricis ſtimulata, & irritata ad eorũ excretionē motu critico ſe nõ accingat, non ſecus ac cùm in prouocatoriis diebus à materia ad Criſim proritatur.

An in numero partium iuſto corrupto.

Hipp. lib. de Criſibus, Apoteleſ. 3. Sect. 1.

Cæterùm in morbo poſiturę, ſiue ſitus, fit criſis, vt in angina, in qua epiglottis ſuo ſitu dimouetur. Quamobrem in omnibus partium inſtrumentariarum morborum generibus Criſim & Criticos dies locum habere conſtat. Continui quoque ſolutionem materiam eſſe Criſimorum videtur innuere Hippo. dum ſic ait, Quæcunque vlcera annua ſunt, aut lõgiore tempore durant in iis os abſcedere, & cicatrices cauas fieri: neceſſe eſt.

An in poſitura partium.

An in continui ſolutione.

Periti quoque chirurgi ſcribunt, capitis vulnera ad centeſimum vſque diem lęthalia eſſe. huc accedit quod medici capitis vulnera in vndecimo die, aut 14. magnas ad bonum vel ma-

Aph. 45. lib. 6. aph.

lũm mutationes recipere quotidie experiuntur omitto quæ Hippoc.lib.de capitis vulneribus. & lib.de fracturis & artic.de Crisi, & diebus in his obseruandis, prodidit. Quocirca an dies crisimos in continui solutione non obseruandos esse concedes? In morbis organicis cum solutione continui, cõpositis, vt in tumoribus præter naturã Crisis fieri potest, horũ enim alij suppurati rũpuntur, plurimi quidẽ in 20.die. quidã verò 30.alij 40.quidam ad 60. perueniunt. In aliis eruptio sanguinis Critica accidit, siquidẽ hypochondriorum tumores per sanguinis è naribus eruptionem in primo circuitu ad salutem iudicantur. Quidam autem priusquam suppurentur, interdum per sudorem iudicantur, vt ex Anaxionis historia constat. Nunc superest vt an symptomata decretoriorũ dierum materiales causæ existere possint, scrutemur: Quod sanè fieri non posse fortasse quispiam contenderet, quoniam symptomata cùm in tribus consistãt, vel in functionũ læsionibus, corporis affectib⁹, & exeũtibus à corpore: priora duo materiæ excernendæ expertia cum sint, ideo iudicatione carent. Exeũtia autem à corpore, an iudicationem sortiri dicentur, cùm per ea iudicatio fiat? esset enim iudicationis, iudicatio. Hippo.tamen lib.de iudicationibus hoc prodidit: Ex his quibus dolor fieri cœperit primis diebus, & quarta, & quinta magis premuntur, ad septimum liberãtur. Itaque cum dolor symptoma sit, & ab initio ad septimum desinat, nónne etiam Crisimi dies symptomata & signa causas sui materiales agnoscent?

An in morbis compositis & tumoribus prçter naturam Crisimi dies spectandi sint.

Hipp. l. 2. prognost.

Hipp. l. 1. prognost.

L. 3. epid.

An symptomata causæ materiales dierũ Crisimorũesse possint,

Tria symptomatũ genera.

Hipp. apotelesmate8 sect. 1. lib. de crisib.

Dubitationibus ſuperioribus reſpondetur.

CAPVT V.



VT igitur ſuperioribus omnibus dubitationibus reſpõdeamus, & certò quidpiam ſtatuamus, illud primum tenendum erit, Criſim & Criſimos dies conſiderari potiſsimum debere in morbis illis, quorum cauſa materia humida & fluitans eſt, & ad perturbationem apta, pro vario ſui motu, per actionẽ lunæ, & ſolis. hinc Galenus dum rationem, cur non omnes dies eadem vi decernendi præditi ſint, ſcrutatur, eam ſuperioribus corporibus refert acceptam. Id inueſtigat ex eo quòd corpora cœleſtia in hæc inferiora vires ſuas tranſmittant, & prout luna in animantium humiditates agit, frugum incrementum, & maturitatem accelerat, corpora demortua putrefacit, mulieribus menſtrua prouocat, epilepticos circuitus ſolicitat. Creſcẽte enim luna, eáque decreſcẽte, humiditates in corpore fluunt, creſcente quidẽ bonæ: decreſcẽte verò ſupfluæ & prauę. Hinc etiam febrium periodos, æſtus maritimos, incremento & decremento lunæ commoueri perſpicuũ eſt. Verùm morbi qui à proprio principio mutationem ſumunt, lunam ſequuntur: iis verò qui tanquam ab aëris nos ambientis conditione contingunt, in toto quidem anno ſol, in ſingulis menſibus luna præeſt. Sic omnes diuturni morbi Hippo. cõſilio ad ſolem referendi ſunt. ſcripſit enim, morbos æſtiuos hyeme ſolui, hye

In morbis ab humiditate (vt materia fluitante & ſolis aut lunę, necnon naturæ vi agitari apta) emergẽtibus, Criſes & Criſimos dies obſeruari. L.3. κρισ. ἡμερῶν.

Ob id mẽſtrua luna decreſcente profluere Ariſt. ſcriptis tradidit lib. 7 hiſt. anim. ca. 2. & l. de gen. animal. cap. 4.

males æstate, & verè genitos, autumno: autũnales verno tempore desinere. Nam solis actio communis est: lunę verò propria & communis erit, si morbus à materia pendeat quæ celeriter moueatur, & naturam maximè stimulet, iudiciũ & iudicatorios dies à lunæ motu sortietur, si autem morbi materia lentè moueatur, eius morbi, & crisis, & dies decretorij, ad solis motum referendi erunt. sed hæc suo loco postea trademus. Dicendum igitur morbos eos dierum crisimorum materiales causas esse, qui à materia humida ac solis & lunę vi agitari, & commoueri apta pendent. Ideo in hectica, aut ephemera non fit crisis, hæc enim naturæ & materiæ morbificæ certamẽ comitatur. Organicarum partiũ morbos, cúm iam facti sint, & nulla in his adsit lucta, neq; Crisim nec criticos dies nancisci, haud præter rationem dixeris, neque solutionis continui morbos, nisi febris superueniat, aut inflammatio subsequatur. tum enim dies Crisimi animaduertendi erunt. Inflammationes verò, vt hepatis, cerebri, & pectoris, aliarúmque partium cum materiam naturæ molestam, eíque veluti bellum indicentem sortiantur, Crisi etiam desinunt. Multi denique alij morbi, quibus natura temporis progressu assueta est, nec in his conflictus spes subest, etiam si materię participes sint, iudicationem saltem manifestam nõ recipiunt. Attamen in quibusdã horum Hippocrates Crisimos dies, quãuis nulla excretio fiat, etiam numerandos esse innuere videtur, dum sic scribit: Quibuscunque cerebrum corrumpi incœperit,

Humores menstruo spatio retenti, ad lunę motum, qui vltra 4. menses retinẽtur, ad solem rediguntur.

In fine lib. φύσεως ἀνθρωπ.

Cap. 18. huius lib.

Aph. 50. lib. 7. aph.

Hippocr. aph. 50. l. 7

intra tertium diem moriuntur, si verò hos euaserint, sani fiunt. Cæterùm vt paucis complectar acuti morbi, cum febre coniuncti, iudicantur, parui verò soluũtur. Tumores præter naturam, quâ calidi sunt, & suppurantur, & quà febrem inuehunt & materiam naturæ infestam continent, iudicatione etiam desinunt. Neque tamen inficias imus nõnunquam in diuturnis morbis crisim euenire, dum cocta materia in aliquem locum reposita & agitationi apta vnico impetu, a natura valida foras propellitur, licet tum morbi διαδοχὴ non fiat, aut ὑποστροφὴ, aut ἐπιπλοκὴ, hinc 60. 80. 100. & 120. morbi iudicantur: aliquando 7. mense, 7. anno aut 14. &c. Symptomata autem criticè desinere, pro natura morborum, à quibus fiunt, dici poterunt, quæ licet causam materialem, ex qua, non sortiãtur, materiam tamen in qua consistunt, & penes quam numerantur, obtinent. Quod ad partum attinet, & an in eo Critici dies animaduertendi, & supputandi sint, vt in morbis acutis, satis abundè in τεκμηριολόγιῳ nostro demõstrabimus.

Acuti morbi cum febre putrida coniuncti iudicãtur, parui soluuntur.

In diuturnis morbis quo pacto Crisis euenire posit

De causa formali dierum Crisimorum.
CAPVT VI.



EXplicata dierũ Crisimorum causa materiali, nunc formalis nobis inquirẽda est, quam κόσμον, siue Criticorum & indicũ dierũ cõcinnitatẽ, proportionẽ, & analogiam perpetua & cõtinuata numerãdi serie in morbis

κόσμος vnde cognoscitur.

ſeruandam, eſſe arbitramur. κόσμος verò intelligitur, numerando per minores, maiores & maximas periodos. Minores periodi ſunt, quæ quaternariis, maiores, quæ ſeptimanis, circunſcribuntur. Maximæ autem ſunt, quæ tres hebdomadas cõplectuntur, & à 20. die in ſe aucto ſurgunt, cuiuſmodi ſunt viceſimus 40. 60. 80. 100. & centeſimus viceſimus. Per minores quidẽ periodos ſeu quaternarios, ita numeratur, vt duo primi quaternarij ſemper copulentur, & tertius à ſecundo ſeparetur, & cum tertio cõiungatur. Per maiores verò periodos, ſeu ſeptenarios, cõtrà numerandum erit. Nam primi duo ſeptenarij ſeparandi ſunt, & tertius cum ſecundo coniungẽdus, vt lib. primo demõſtrauimus. Per maximas periodos talis dierum ſupputatio fit, vt nullo amplius opus ſit circuitu, ideo viceſimũ ex tribus ſeptimanis conflatum ἀκριβῶς τελείαν περίοδον εἶναι id eſt, ſummè perfectum eſſe circuitum, aſſeruimus, quemadmodum & 40. 60. 80. 100. 120. hi omnes circuitus cum haud alio amplius egeãt circuitu, dum ſcilicet ſemper cõponuntur, & in ſeſe ducũtur, perfectiſsimi ſunt. Proportio autem & analogia dierum Criſimorum perpetuò eadem ſeruãda erit. quemadmodum enim 14. & ſecundæ ſeptimanæ finis eſt, & tertiæ principiũ: ita & 34. quintæ terminus eſt, & ſimul ſextæ initium, vt tres ſeptimanæ viginti ſemper diebus circunſcribantur. Ideóque ſexageſimus, vti ſupra oſtendimus, non autẽ 63. erit decretorius, ac pari ratione octogeſimus, centeſimus & centeſimus viceſimus. Sed vt progreſ Cap. 5.

su temporis Criseôn vehementia paulatim re-mittitur & languescit: ita & imbecilles dies decretorios obscurari planè cõtingit. Soli illi semper persistunt & vim suam seruant, qui perfectũ decretoriorum dierum circuitum absoluũt. Videtur autem, quantum experientia discere licet primus perfectus circuitus is esse, qui diebus viginti absoluitur. Si enim per disiunctionẽ semper septenarius numerus procederet, vt in duob⁹ primis septenariis cernere licet: esset quoque hac ratione ipsa septimana perfectus primus circuitus. At quoniam secunda à prima seiuncta est, tertia autem secundæ copulata, liquet eam rationem, quæ ab initio seruabatur, nõ amplius post 14. seruari. Attamen post vicesimum, idem circuituum ordo perpetuò seruatur, 34. proportione respondente decimoquarto, ex duabus septimanis disiunctis conflato, 40. item proportione respõdente vicesimo, copulatam tertiam septimanam explente. Quod nos docens Hippocrates, vbi in Prognostico de vicesimo die verba fecit, subiungit: Post hos eadem ratione atque additione prim⁹ circuitus ad 34. perueniet. Primum enim dixit, post vicesimum, tricesimũquartum. Primum, inquam, vt circuitum, nõ vt diem decretorium. Nam & 24. & 27. post vicesimum sunt decretorij. Sed postquam ipse etiã de minoribus circuitibus abundè satis docuit, ac de septimanis etiam tractauit, reliquos statim ordine duos circuitus voluit subiungere, nempe eum, qui ex duabus septimanis cõflatus est, velut semiperfectum quẽdam circuitum. Eum verò

Gal. lib. 2. κρισ. ἡμερ.

L. 3. prog.

verò qui ex tribus, summè perfectũ esse docuit: nam profectò & 40. & 60. & 80. centesimum & centesimũ vicesimum, ex vicesimo sæpius aucto fieri contingit. Cùm autem 120. dies, 4. mẽses sint, Crisis quæ ratione mensium fit, tum inchoat, & ad quadraginta octo menses, siue annos quatuor, viget. & quemadmodum dies 4. in acutis morbis interdũ septimi index est, interdum etiã decernit: ita in diuturnis morbis quartus mensis aliquando septimi index est, nõnunquam etiam iudicat, sic in annis progrediendũ erit, vt quartus annus septimũ iudicet. Quemadmodum in fine lib. superior. ex Hippo. ostendimus. Pueris plurimas affectiones iudicari, nõ nullas intra 40. dies, alias intra 7. mẽses, quasdam intra annos septem, alias verò iam ad pubertatem accedentibus. Hippocr. quoque libro quinto Aph. ait. Quibuscũque morbi comitiales fiunt, ante pubertatẽ mutationem accipiũt: quibuscũque vicesimo quinto, commoriuntur. Aduertẽdum autem erit indices dies interdum Crisimorum dierum quorum indices sunt, tempus æqualiter diuidere, 4. enim septimi tempus diuidit, & 7. decimumquartum, septimus enim 14. aliquãdo index est. & 20. quadragesimi. Precedunt etiam nonnunquam indices suos decretorios, vno tantum quaternario, vt 11. qui 14. index est, & 17. qui 20. indicat. Neque mirũ videri debet si dixerimus septimum indicem esse, licet priore lib. à nobis dictũ sit indices esse qui septimanam diuidunt. at 7. dies hebdomadam claudit, iudicare tamen potest quid 11. aut 14.

aph. 28. l. 3.

Addit Auicen. ad 21. annũ quasdam affectiones ꝓtrahi.

aph. 7. l. 5. aph.

Dubitatio nis amotio

euēturum sit. Indicis enim officio fungitur, pro natura coctionis, cuius manifesta indicia apparent septimo die, æqualiter diuiso temporis spatio, cum materia perfectè cocta 14. die excernēda est, vtrum autē fieri possit vt vndecimus 14. indicet, & 17. vicesimum quemadmodum 4. indicat septimum, alibi demonstrauimus.

In cōmēt. nostr. ī li. Hippo. de Crisibus apoteles. 5. lect. j.

Eandem causam formalem in intermittentium accessionibus esse seruandā quæ dierum in continuis.

CAPVT VII.

κόσμος in febrib. cōtinuis & intermittentibus.



N intermittentibus autem febribus eiusmodi κόσμος, id est, ordo decretoriorum dierum seruandus est vt non primis diebus attēdamus, neq; hos simpliciter deinceps cōmemoremus, sed accessiones, vt de tertiana exquisita in aphorismis prodidit Hipp. eam septē circuitibus, quod longissimum est iudicari: nempe vt hæc, septem circuitibus iudicatur, eadem ratione alia quidem in nouem circuitibus, alia verò in vndecim, & ita deinceps pro iudicantiū dierum numero. Atque de quartanis eandē esse rationem sic in prognostico, inquit, ἡ δὲ τοῦ τεταρταίου κατάστασις, ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου, I. est autem quartanarum constitutio, ex eadem concinnitate. hunc locum exponens Galenus, sic scribit: quemadmodum in febrib. continuis numeramus omnes deinceps dies in prædictionē futuræ iudicationis: ita in intermittentibus accessio-

L. j. epid. const. 3. Aph. 54. l. 4.

L. 3. prog.

nes, vt quod in cõtinuis ſeptimus dies valet, id in intermittẽtibus ſeptimus circuitus poſſit. Ob id tertiana exquiſita ſeptem circuitib. non diebus iudicari ſolet. Quinetiã quòd quartus dies à principio numeranti ad ſeptimum eſt, id quartus circuitus ad ſeptimum circuitum. Quartus enim dies ſeptimi index eſt. Sicuti igitur ĩ morbis continuis acutorum quidem morborũ terminus eſt quartuſdecimus, peracutorum verò ſeptimus: ſic in intermittentibus breuiſſimi tẽporis tertiana febris terminum habet circuitũ ſeptimum. Rurſus autẽ ſicuti in peracutis, morbus poteſt iudicari, & in quinto, & in quarto, & in tertio die: ſic & in tertiana in eiſdem circuitibus fieri ſolutionem cõtingit, nõ expectante natura ſeptimũ. Quòd ſi quiſpiam dubitet, qui fit vt acuti morbi 14. die iudicentur, & tertiana exquiſita 13. Nã circuitus 7. in 13. diem recidũt. dicẽdũ videtur, acceſſionẽ quidem tertianæ in finem 13. incidere, & Criſim declinationem excipere, ac partem 14. occupare. Quod autẽ ſcribit Gale. tertianam exquiſitam in 13. terminari, ſic accipe: ſi poſtremæ acceſſionis quies non ſupputetur. Quare tertianæ ad continuam proportio ita ſe habebit, idémque κόσμος in intermittentibus qui in continuis ſeruabitur.

Qualis nu merus dierum, in cõtinuis, talis paroxiſmorum in intermittẽtibus.

Gal. cõ. in aph. 59. li. 4. aph.

Dubitationis amotio

Cõ. in aph. citatum.

Cur quaternarij & ſeptenarij, integris diebus non numerantur. CAP. VIII.

QVATERNARII integris diebus numerari non debent, ſed ab iis aliquid ita demẽdum, vt ex binis quaternariis vnus ſeptena-

riis conſletur. Ipſi quoque ſeptenarij integri nõ ſunt numerandi, alioqui ex tribus ſeptenariis, non viceſimus, ſed 21. dies conſurgeret. Erit igitur numerãdi ratio, ex quaternariis & ſeptimanis quibuſdam coniunctis, & diſiunctis, vt. li. 1. retulimus. Id autem citra rationem fieri exiſtimandũ non eſt. Cùm neque menſes, neque anni, exacto calculo, nec vlla ſumma excurrente, computentur. Menſis temporis interuallum eſt propemodum 30. dierum, aliquanto minus, nõ perpetuò ipſo 30. dierum ſpatio æquabili conſtat. Huius rei cauſa eſt, quòd luna 27. diebus, & 8. horis circuitum proprium peragit. quo tẽpore ſol propemodũ 27. gradibus à loco illo recedit, quem proxima συνόδῳ menſis initio occupabat. Hoc ſpatium luna ante biduum non percurrit, cùm ſingulis diebus ipſa 13. gradus, & propemodum 11. minuta peragret, ac ipſo biduo ſol etiam per duos ferè gradus interea longius progreditur: Ideo fit, vt luna duos propemodũ dies cum dimidio, paulo plus, aut minus poſt proprium ſuum circuitum, peractum, in conſequendo ſole, inſumat. Sic itaque totus menſis, à conſecutione in conſecutionem, à 29. diebus, cum dimidio, in triginta erit. non tamen perpetuò, id ſpatij æquale eſſe obſeruatur. Ergo 30. dies menſem συνοδικὸν conſtituentes, integri numerandi nõ ſunt. Propterea Galenus cum dierum Criſimorum cauſas ad lunarem circuitum referre vellet, alium menſem experimento à ſe comprobatum, introducendũ putauit. hunc ex duobus menſibus componit: nempe menſe per

Neq; annus, neque mẽſes integri numerandi.

Mẽſis ſpatium quot dierum ſit

L. 3. κρισ. ἡμερ.

agrationis,qui eſt 27.dierum & 8.horarum, & menſe illuminationis,qui 26.dierum eſt, cum parte dimidia,quæ ſunt horæ 12. ſi totum componas,& in ſummam colligas 53.dies,& 20.horæ exſurgent.Rurſus ſi hanc ſummam in duo æqua diuiſeris,habebis criticũ menſem, ſiue medium,quem ſequitur Gale. hic quidem 26. diebus & horis 22.cõſtat.qui numerus οἷον ἐν μεθορίῳ γίνεται τȣ̃ κοινȣ̃ καὶ τȣ̃ ἰδίȣ,id eſt, medio quodãmodo eſt circuituũ proprii & communis,ſiue apparitionis aut peragrationis. Maior enim eſt communi,horis 10.minor verò proprio horis8. Hac ratione ſeptimana huius medii menſis maior erit ſeptimana menſis illuminationis,horis 2.& dimidia:minor autem ſeptimana menſis peragrationis totidem horis. Sic itaque ſeptimana hæc menſis medij ὀλιγοχρονιώτερα,id eſt,breuior longior ſeptimanis ſingulis amborum menſiũ, ex quibus coaluit menſis hic medius. Iam verò ſi totum hoc menſis medij tempus, id eſt,dies illos 26.& horas 22.in duas æquales partes diuiſeris habebis 13.dies & xi.horas: ſi verò ĩ quatuor hebdomadas,quamlibet hebdomadã diebus 6.horis 17. cum dimidia conſtare comperies,qui numerus ab integra & iuſta ſeptimana deficit plus quarta diei parte, id eſt, plus quàm ſex horis.dimidiam enim horam ſupra ſex ex ſeptem diebus deeſſe deprehendes, ſi exactiori calculo rem diſcutias.

Medicinalis menſis maior eſt menſe illuminatiõis horis 10. mẽſe verò peragrationis horis 8.

Septimana medij mẽſis,longior eſt ſeptimana mẽſis illuminationis:curtior ſeptimana mẽſis peragrationis.

Legitur Falsò in codicib. græ. Gal. l 3. dierũ decret. ἕκτῳ pro τετάρτῳ.

Neque etiam annus integer numerari debet Nam licet totus orbis in 360.partes ab Aſtrologis diuiſus ſit,ſol tamen,ipſum nõ permeat 360

Cur annus integer nõ numeratur.

diebus:sed trecentis sexaginta quinque, neque his tantummodo, sed in 365. diebus, & quarta diei parte, id est horis sex, & item adhæc parte quadam propè quodãmodo cẽtesima. Idcirco Ptolemęus ad 365. dies & horas 5. addit minut. 55. grad. 12. De anni supputatione magna inter astrologos controuersia est, vtcunque sit annus Galeni (quẽ non 365. dierum tantummodo esse scribit, sed etiã quartæ partis diei, & ad hæc partis cuiusdam propemodum centesimę) Alphonsinam supputationem (quæ est dierum 365. horarum 5. minut. 49. grad. 15.) excedit minutis 17. gradibus 54. annũ verò Ptolemæi minutis 11. gradibus 57. An nostro seculo annus 11. ferè minutis sit breuior quàm temporibus Galeni, vt nostræ ætatis Astrologi asserunt, aliàs trademus. Nunc mihi ad reliqua festinanti, id indagare, per otium non licet.

Ptol. initio lib. 3. μεγάλης συντάξεως.

lib. 3. prognost.

Anni circuitus iuxta Alphõsi supputationẽ quot dierum sit

An nullo calculi errore annus nostris tẽporib' breuior dicatur, quàm priscis, scitu dignũ.

De tribus lunæ mensibus.

CAP. IX.

EX lunæ motu tres menses distinguntur. Primus περιοδικὸς vulgò mensis dicitur peragrationis, quem Gal. τὸν τῆς οἰκείας περιόδου χρόνον, & τὴν κατὰ τὸν ζωδιακὸν περίοδον, interdũ σεληνιακὴν ὅλην περίοδον vocat, quo luna ab vno zodiaci puncto recedens, ad idem punctũ, integro circuitu emenso, in proxima coniunctione, redit. in qua quidem circuitione peragenda spatiũ 27. dierum cum 8. horis propemodum,

Mensis lunaris triplex.
Gal. lib. 3. κρισ. ἡμερ.

(hoc additamentum propemodum, aut ferè vbique intelligi velim) insumit: ita vt in quouis signo duobus diebus naturalibus, & horis sex, cũ aliqua horæ parte immoretur. Ex hoc peragrationis lunæ motu, in schemate 16. laterum Astronomi vires varias lunæ ascribunt, prout alia atque alia subit signa, planetísque modo his, modo illis iungitur. Hic est lunę motus proprius ab occasu in orientem in suo eccentrico planetam super signiferi polos deuehente. alter lunæ motus est super caput & caudam draconis, tertius in proprio epicyclo, qui interdum secundum ordinem signorum est, aliquando contra eorum ordinem. hinc lunam in suo motu, cursu velocẽ, aut retrogradam, aut stationariam, appellari dicunt nonulli, quod sane astronomis consentaneum non videtur, cùm ex eorum præceptis cõstet planetas præter solem omnes epicyclum habere, in quo cùm sydus ad ortum fertur directus planeta vocatur, cùm ad occasum, retrogradus: cùm verò vtrinque eccentrum contingit, stationarius vulgo appellatur, quod veluti stare sub signifero videatur, cum vlterius neque ad orientem, neque ad occidẽtem feratur. At lunæ, ob motus velocitatem, qua circum epicyclum perpetuo ab oriente in occasum decurrens rotatur, ab epicyclo semper eam ab occasu in ortum rapiente, statio directio & retrogradatio non tribuitur. Alter mensis lunaris συνοδικὸς coniunctionis seu consecutionis appellatus (Galenus μηνιαῖον χρόνον simpliciter vocat) tantum tẽporis complectitur quantum luna oberrando

Verus Lunæ motus.

Lunę stationẽ aut retrogradationem nõ tribui. cõtra quorumd. opinionem.

Mensis συνοδικὸς seu cõiũctionis.

Vbi suprà.

insumit ab hora, qua cum sole coit, donec iterũ suo cursu perlustrato solem ipsum consequatur. Exceditque tempus hoc mensem peragrationis, tãto tempore, quanto lunæ opus est in transitu illius spatij, quod à sole versus occidentem peragratum est, interim dum luna circulum suum integrum conficiebat. Id spatium quidem vnius fere signi spatio definiunt siue biduo & horis. 4. cum aliquot minutiis, non tamen semper idem est, sed à duobus diebus & 4. horis in duos dies & 16. horas. Cùm enim luna solem in ea parte in qua vltima coitione reliquerat, vt exempli causa, in prima Arietis parte, non inueniat, cùm sic progressus sit, vt signum fere integrum transierit, ac ad primam Tauri partem proximè accedat: ea duos dies & 4. horas cum minutiis aliquot, aut paulo plus temporis in cõsequendo ipso sole insumit. Ideo fit vt mensis coniunctionis interdũ 29. dies & horas 12. cum 44. minutiis & 3. secundis aliquando ferè triginta dies contineat. Tertius mensis apparitionis, seu illuminationis, quem Galenus aliquando τὸν τῆς πρὸς ἡμᾶς φάσεως interdum τὸν εἰς ἡμᾶς ἐνεργείας περίοδον, aliàs τὸν μηνιαῖον χρόνον τῆς πρὸς ὑμᾶς φάσεως interuallum est, à primo nascentis lunæ conspectu, ad vltimum vsque diem euanescentis quod sanè non semper æquale est, variatur enim pro ratione occultationis lunæ, vulgò tamen 26. dies & horas 12. complecti dicitur. qua ratione mense coniunctionis tribus fere diebus, quibus luna occultatur, & lumen à sole acceptum nobis non impertit, breuior esset, & mense pera-

Mẽsis apparitionis lib. 3. κρ. ἡμερ.

grationis 20. horis. ſi enim horas 20. ad 26. dies & horas 12. adiunxeris exurgent 27. & 8. horæ. Itaque tum numerus dierum mẽſis apparitionis cum numero dierum menſis peragrationis conuenit, quando in coitione duobus diebus & 4. horis latet, vbi verò menſis apparitionis dies 26. & 12. horas complectitur, tum luna triduum latet, & quando duobus diebus delitescit, tum menſis illuminationis dierum eſt 27. & horarum 12. Item quoties vno die occultatur, toties ille 28. dies & horas 12. complectitur. Denique, quo diutius deliteſcit luna, eo menſis ille τῆς εἰς ἡμᾶς ἐνεργείας ἤτοι τῆς πρὸς ἡμᾶς φάσεως breuior eſt: contrà quo minori tempore occultatur, eo menſis ipſe plurium dierum erit. Eiuſmodi varietas contingit, quoniam vbi ſol ab initio capricorni ad finem geminorum progreditur, luna climatibus ſeptentrionalibus ob Zodiaci & horizontis obliquitatem, illorúmq; ſignorum rectum deſcenſum, citius ſeſe profert. Verùm aliis duabus cauſis id variari poteſt, in ſeptentrionali latitudine citius emergit quàm meridiana. Item citius naſcitur, quando motu velox eſt, quàm vbi tarda eſt. Motus autẽ diurnus Lunæ nouæ, aut plenæ circa perigæon epicycli 14. graduum 24. minutorum eſt. at circa epicycli apogæon 12. graduum, minutorum 8. hec tarditas Lunam diutius occultare poteſt.

Tẽpus occultationis nõ ſemper ęquale eſt.

Cur Luna aliàs citius aliàs tardius, interdum poſt συνοδον altero die, aliquando tertio, ſeſe prodit.

Cur Galenus mensem Criticum introduxit.

CAPVT. X.

Verúenimuero Galenus probare volẽs ex Lunæ motu, vicesimum diem Crisimum esse, ac tres septimanas complecti, & quatuor mensis septimanas, his Crisimis diebus finiri nempe 7.14.20. & 27. id inquam ad causam superiorem referre & ratione aliqua à priori sumpta demonstrare, cùm tentaret, & commemoratorum trium Lunæ mensium nullus, in quem Crisimorum horum dierum rationem reducere cõmodè posset, suppeteret, eos tanquam suo instituto minus congruentes, prętermittit. Neque enim 20. diem de morbis decernere potius quàm 21. probare potuisset mẽse peragrationis. Nam eius mensis tres septimanæ 20. dies & 12. horas constituũt, qui numerus 12. horarũ ἀμφοτερίζει. I. ambigit & in vtramque partem vergit, ita vt si iudicatio illis 12. horis accidat, æquè ad 20. atque ad 21. referri possit, cum ad neutrum propius accedat. Adde quod supputatio penes mensem τῆς οἰκείας περίοδυ I. peragrationis fieri nequit, cum is mensis, proprij motus sit: At dies Crisimi nõ tantum Lunæ circuitum proprium sequũtur, sed etiam cõmunẽ eius vim quã in hæc inferiora trãsmittit. Quod demonstrare cupiens Gal. mensem cõiunctionis reiicit, siquidem huius septimanę longiores sunt, tres enim illius mẽsis septimanæ 22. dies & 3. horas ferè complectuntur. Ab hoc mensæ 29.

Mẽsis peragrationis curà Gal. omittitur.

Mẽsem cõiunctionalẽ cur prætermittit Gal.

dierum & 12. horarum, si tres dies, quibus Luna silet, nec inferiora hæc immutat, sed veluti combusta, ac radiis solaribus obumbrata nihil effatu dignum pręstat, detraxeris, supererũt dies 26. & horæ 12. hunc numerum vt plurimum continet mẽsis apparitionis, quem etiam minus proposito suo conuenientem Gal. omittit. Nam si 26. dies & horæ 12. in quatuor partes æquas secentur, singulæ partes dierum 6. & horarum 15. erunt. Harum autem tres partes, siue tres septimanę breuiores sunt neque 20. diem complent, nam octaua diei vnius parte à 20. diebus, deficiunt, quare ad 19. potius quàm 20. pertinerent. Adde quod mensis ille indeterminatus est, cùm Luna non semper æquali temporis spatio, post coitum cum sole, lateat. Cum igitur aduerteret Galenus corpus humanum, & à proprio, & à communi principio immutationem accipere, & crisim ab vtroque principio euenire, (proprium dico mutationis principium, cùm à causa interna vt humorum vitio, morbus accidit, & crisis pro ratione humoris morbum committentis fit, quam quidem mutationem Lunæ circuitus peragrationis promouet: morbi enim proprij motu Lunæ reguntur. Commune principium mutationis corporis aut morbi dicitur causa externa, vt aër ambiens, aut quæcunque tandem sit causa communis quam Lunæ circuitus illuminationis adiuuat) idcirco ex mense peragrationis qui & proprius Lunæ circuitus dicitur, & ex mense illuminationis seu apparitionis, qui etiam communis circuitus dicitur,

Mẽsem illuminationis cur Gal. ad inuentionẽ Crisimorũ dierũ non vsurpat.

Corpus humanũ mutationes, vel ꝓprias à ꝓprio Lunæ circuitu, vel cõmunes à Lunæ cõmuni motu, subit.

medium mensem siue criticum composuit vt suprà diximus. Si igitur hi duo circuitus nempe Lunæ proprius, qui 27. dierum est & 8. horarũ, & communis, qui vt plurimum 26. dierum est & 12. horarum, in vnam redigantur summã, dies 53. & 20. horas conflabunt. quam summam si in duo seces, 26. dies, & horas 22. habebis. Hunc autem numerum circuituum proprij & communis quodammodo mediũ sequitur Galenus. rursus hic numerus bifariam sectus dat 13. dies & 11. horas & tum oppositionis aspectus est, siquidem his diebus, & horis elapsis in puncto illi, in quo erat, quando incœpit morbus opposito, luna existit. Item numerus hic in quatuor diuisus, dat dies 6. horas 12. & sextã partis diei, seu 4. horas minuta 60. tertia 18000. seu dies 6. horas 16. minuta 90. vel minuta 60. cum 1800. grad. Nam minuta 90. horam vnam cum dimidia conflant 60. minuta, horam vnam. 1800. secunda, horæ dimidium efficiunt, vt septimana medij mensis Galeni à iusto & integro septem dierum numero vnius diei quadrante, & exactiori adhuc calculo, quadragesimaoctaua deficiat, & ad dies 6. horas 17. cum dimidia assurgat, & tum aspectus quartus est, 6. etenim diebus, horis 17. cum dimidia elapsis, quadram vnam luna emensa est, & est mediȩ inimicitiæ aspectus, qui non ita vehementer ex causa superiori Crises promouet, vt medium mensis: sed multo vehementius ex causa inferiori, ob humorum motum. Quæ cùm ita se habeant, si tres septimanæ coniungantur dierum erunt. 20. & hora-

Mensis Galeni.

Mẽsis Critici partes.

Summa septimanæ mẽsis Gal. dierum 6. horar. 17. cũ semisse.

rum 4. cum dimidia proinde si ita exactè rationem inierimus 20. dies magis crisimus dicetur quàm 21. cum 4. tantum horæ & dimidia supra 20. exsurgant, vicesimo multo viciniores sint q̃ 21. Ideo quoniam mensis hic medius vicesimo diei magis quadraret, quàm tres alij suprà commemorati, hunc tanquam legitimũ retinet Galenus. Itaque tertiæ septimanæ finis in 20. die erit & 4. horis cum dimidia, & quia mensis 26. diebus & 22. horis constat, 27. dies potius de morbis decernet quàm 28. vt in Epidemiis, Prognosticis, & libello de Crisibus testatur Hippocrates.

Tres septĩmanæ dierum 20. & 4. horarũ cum dimidia.

Galenus vim omnẽ tum Criσεως, tum dierũ Crisimorum, ad suũ mẽsem referri vult.

Aduersariorum Galeni obiectiones.

CAP. XI.



AT iam video nonnullos Galenum atrocius insectantes his obstrepere, scriptísque mandasse, hoc Galeni mense aduersus Archigenem excogitato, nihil opus esse, vt 20. dies Crisimus constituatur, cùm ex circuitu peragrationis Lunę in signifero, ipse dies criticus comperiatur. Nam cùm luna 27. diebus & horis 8. vniuersum signiferum percurrat, efficitur, vt si id tempus in septimanas quatuor diuidas, septimana quælibet sit dierum 6. horarum 20. sicq́ue fit, vt septimanæ tres 20. diebus & horis 12. claudantur, ad quem terminum commotionem criticam excitari dicunt. Si igitur, vt volũt ex circuitu per-

Aponens. Ioan. Pic. lib. 3. disp. aduer. astr. Manard. lib. 15. epi.

Prima in Gal. obiectio.

agrationis lunæ 20. dies decretorius inueniatur, quorsum Gal. vt idipsum fieri posset fictitiũ Lunæ motum, atque mensem, qui neque naturæ ordini, nec syderum rationi conueniat, excogitauit? Præterea obiiciunt alij Galenũ hoc cõmentitio suo mẽse quod cupiebat efficere non potuisse, vt 20. exactè Crisimum esse aduersus Archigenem statueret: quoniam supra 20. diem horæ quatuor cum dimidia supersunt. Itaque totus dies vicesimus excluditur, tres enim hebdomadæ totum diem 20. prętereunt, ac 21. diei 4. horas cum semisse assumunt. Quidam etiam Crisimorum dierum supputationem iuxta mẽsem medium non esse ineundam, aduersus Galenum probare conati sunt. Nam si Crisimi dies enumerandi essent, iuxta mensem medium, seu compositum, ex circuitu peragrationis & apparitionis, aliquo temporis interuallo, morbi supputatio intermittenda esset, quòd luna in cõiunctione cum sole existente, mensis apparitionis non sit. Altero autem componentium deficiente, cõpositum quoque deficere necesse est. Cum igitur ab initio morbi dies continuè numerari debeant, iuxta ipsum Galeni mensem, aliquando cessantem, supputatio fieri nõ debet, nec ipso tempore morbus per Crisimos dies numerandus est, cuius tamen contrarium experientię fide comprobatur. Deinde quoniam altera pars medicinalis mensis dierum est 13. horarum 11. sequeretur 13. diem potius Crisimũ esse quàm 14. at hoc Galeni doctrinę repugnat. quod sequitur patet, nam cum duę medij men-

Secunda.

Tertia.

ſis hebdomadæ 13.dies & 11.horas contineant, idcirco 14.horas tãtum criticas 11. complectitur, at decimuſtertius horas 12. erit igitur potius criticus quàm 14.ſic enim Gal. cum inueniſſet tres ſeptimanas 20. dies & 4. horas cum dimidia continere, concludebat, 20. diẽ potius criticum eſſe quàm 21. quandoquidem plures complecteretur horas. Quin ſi dies numerandi forent penes Galeni menſem, dies 81. Criſimus eſſet non 80. at hoc Hipp. & Gal. repugnat. Quarta. Quod ſequitur verum eſſe exiſtimant, quoniã ſupra viceſimum quatuor horæ cum dimidia ſuperſunt, quibus in ſe ductis & bis auctis ſupra 40.diem 9.horæ excurrẽt, his iterum multiplicatis ſupra 80.horas 18.parient, quæ ad 81.referendę ſunt. Item ex Galeni numeratione ſequeretur 61. diem potius iudicatorium eſſe, quàm 60. quod Hippoc. & Gal. doctrinæ aduerſaretur Quinta. id autem conſequi conſtat quod nouem ſeptimanę 60. dies & 13. horas cũ dimidia contineãt. Itaque dies 61. cum ſit 13. horarum cũ dimidia & 60. decem, illum potuis quàm hunc criticum eſſe conſequitur. Adhæc recentiorum aliqui veritatis legem ſibi prætexentes, illudq́ue Ariſtot. Sexta. vſurpantes, præ veritate ęquũ eſſe quemque ſua decreta tollere, aduerſus Galenum multa proferunt, eiuſque de Criſimorum ratione, inuenta conuellere tẽtarunt. Hi autem ſcribunt Hippocratem in epidemiis retuliſſe multos viceſimo ſeptimo die 34. 40. quoſdam 80. iudicatos, & Heropythum quẽdam centeſimo viceſimo die perfectè iudicatũ fuiſſe, atqui nulla poteſt eſſe

cum hoc dierum numero mensis à Galeno excogitati congruens ratio. Siquis enim vel 80. vel 120. iudicetur, cum ij dies mensem Galeni multo interuallo excedant, quónam pacto huic Crisimo mẽsem suum qui 26. dierum, & 22. horarum est, adaptabit Galenus? Quod si in 27. lunam ad idem punctum, in quo cùm morbus incœpit, erat, remeare dixerit, quomodo igitur naturam ad crisim incitat, cum amplius in opposito loco nõ sit. Præterea falsum supponi aiũt dum Galenus mensem suum ita effingit, quasi luna toto triduo semper à sole obtegatur. at cũ sæpenumero eodem die, & vetus, & noua luna conspiciatur, mane priusquam sol exoriatur, vetus: vespere autem eius diei nouaculari facie, iã soli congressa, & ab eo lumen accipiens, effici dicunt vt non satis firma huius mensis medicinalis compositio haberi possit: præsertim cum ita fieri videatur, ac si luna æquali semper motu nunquam velocius aut tardius moueretur. at cõtrarium & experiẽtia & Ptolemæi & Purbachij authoritas monstrant. Cùm igitur mẽsis apparitionis non semper sit æqualis, nec perpetuo solis radiis in coitu delitescens luna, æquo tempore combusta, seu solis splendore obumbrata maneat, efficitur sane vt neque Gal. mensis ex ipso mense apparitionis & mense peragrationis constitutus, sit semper æqualis: si vero non, perpetuò æqualis sit, quónam pacto Crisimorum dierum certa ratio haberi potest?

Septima.

Aduersariorum

Aduersariorum Galeni rationes diluuntur. CAP. XII.

HAE igitur rationes ſunt, quibus ipſi, velut copiis acie inſtructa, armatorúm ve cuneis ad congrediendum, aut vincendum paratis, in Galeni caſtra irrumpere, eúmque de ſtatione depellere, aduerſus eũ haſtam erigere, diſtrictíſque gladiis fortiter congredi, ac valido impetu eum conterere, conati ſunt, eiúſque dicta, vt conuellerent, vires ingenii, neruóſque omnes effuderũt. Ego verò, tametſi ingenii viribus parùm poſsim, in hoc tamen prælio, pro Galeno manus conſerere, conabor: ac conſtãti, infractoq; animo, aduerſariorum manũ, hoc eſt, rationes, experiar. Has ſanè rationes, non ita validas video, vt potentiſsimum hoſtem Galenum deturbare poſſint. Viceſimum enim diem, potiùs quàm 21. criſimum eſſe veriſsimum eſt, ac Galeni experientia comprobatum, & ab Hippoc. in Epid. Prognoſt. & Aphoriſmis, teſtatum, vt ſuprà diximus. Experientia igitur comperto vero, cauſam Galenus inueſtigare conatus eſt, nõ quod demõſtrationibus firmiſsimis ſe vti exiſtimarit: ſed his, quæ magis facere videbãtur, ad huius menſis inuentionem, cuius tres ſeptimanæ in 20. die deſinũt. Idcirco monet lib. 3. κρισ. ημερῶν vt, ſi cui huius diſputationis ſubtilitas diſplicet, difficiliſque videatur, hanc non perdiſcat: ad hanc ſuam de criticis diebus rationem, literis mandandam, amicorum quo-

rundam precibus se impulsum fuisse, ingenuè fatetur. Sed aduersariorum obices sigillatim amoliri omnes contendamus, ac primum ad id, quod obtrudunt 21. diem potiùs crisimum esse, quàm 20.(quem ideò totum excludi volunt, propterea quòd tres hebdomadæ mensis medii, vicesimi primi quatuor horas & dimidiam supra 20. excurrentes, assumant) sic respondemus, finem duntaxat vltimi diei hebdomadæ medicinalis numerando, assumendũ non esse, verùm totum diem postremum: ac perpendendum num eiusmodi dies, 20. die potiùs, quàm 21. participet. Cùm verò dies medicinalis horarũ sit 23. & 14. partis horæ, ex 21. die quatuor horas cum semisse assumet, at ex 20. 19. cum dimidia, minus 14. parte horæ. Ideo potiùs ad 20. q̃ ad 21. pertinebit. Hinc etiam colligi potest, cur hebdomadæ seiunctim ac coiunctim numerãdæ sint, quandoquidem vt tres hebdomadæ 20. dies naturales constituant, dies vnus in septenorũ naturalium enumeratione denuò repetẽdus erit. Hunc autem diem, aut vltimum primæ hebdomadæ, aut secundæ esse oportuit: at quoniam altera septimana medicinalis minimam partem, vtpote 6. horas duntaxat cum semisse, ex vltimo die primæ septimanæ assumit, necesse fuit vltimũ alterius hebdomadæ bis repetere, quoniã tertia medii mensis septimana, maximam ipsius 14. partem, puta 13. horas assumit. Præterea non

Obiectionis secũdæ dilatio.

Cur duæ primæ septimanæ seiunctim numerandæ sint, & tertia coniunctim.

non tantũ eo consilio, Galenus medium mensem excogitauit vt 20, diem potiùs quàm 21. crisimum esse aduersus Archignem obtineret, & posteris persuaderet, dictáque Hippocratis vera esse patefaceret: verùmetiam vt idipsum longo vsu & experientia deprehendisse testatum relinqueret, rémque inter veteres medicos controuersam dirimeret. Hinc Auerr. sic, inquit: Cecidit diuisio inter antiquos de diebus criticis, sed dies critici approbati sunt per duos viros qui priores in hac arte occurrerunt: & sunt Hippoc. & Gal. & creditur quòd verum dicant propter experientiam eorũ multam. Galenus itaque subtili artificio longáque peruestigatione, mẽsem suum medium deprehendit, penes quem in quartas & quartæ media diuisum, dies crisimi numerarentur. Cùm igitur à luna, duplex in hæc inferiora vis crisim promouens, nimirum propria, & communis transmittatur, & cœlestia motu & lumine præcipuè agant: necesse habuit Galenus medium mensem introducere, vt ex eius compositione dierum criticorum ratio constaret. Et quamuis ab vtroque mense vis crisim promouens profluat: non tamen quilibet horum mensium criticus introducendus est, alioqui permulti errores inde nasci possent, nec certò qui dies critici forent, cognosceretur: quare vtraque vis lunæ crisim promouet, nec vna ab alia seiungenda est. Ex propria enim

Prima ratio diluitur.

Auerro. c. 40. lib. 4. collectan.

humorum in corpus humanum impreſsionē, & ex communi quæ a luna fit, criſes in his, aut illis diebus contingere vult Gal. Idcirco vtrã que lunæ vim ſpectans, duos coniunxit menſes, vt interueniente motu & lumine, amandatis erroribus, vera criticorum dierum ratio conſurgeret. Quod ſi hæc admittere nolint, fateantur oportet menſis peragrationis tres ſeptimanas 20. dies & 12. horas ita complecti, vt 12. illæ horæ ambigētes æquè ad 20. diem atque ad 21. pertineant, at criſis illis 12. horis eueniens ad vtrumlibet diem referri poſsit, ſiquidem 12. horæ, ſupra 20. diem excurrentes, & tres ſeptimanas explent, & ſunt 21. diei pars altera: an igitur rectè hi criticam commotionem in 20. menſis peragrationis excitari, hinc efficere poſſunt? Hunc autem menſem naturæ & ſyderibus conſentaneum eſſe cōſtat, ſiue per eccentricos, aut per epicyclos lunam mutari dixerimus: At homocentrorũ deſcriptionem, nec naturæ, nec obſeruationi cōſentaneam eſſe fatemur. Ad tertiam rationē agedum progrediamur, ac reſpōdere non dubitemus Galenum medium circuitum, ex peragrationis & illuminationis lunæ circuitu, inueniſſe, non quod in quodã tempore dierum ſupputationem interrumpi, & morbi motum ceſſare, voluerit: ſed eum propoſuit, vt ex ipſius miſtione menſis conſurgeret, cuius ſeptimanæ tres 20. die deſinerent, neque enim iuxta Gal. placita

Tertia ratio diſſoluitur.

cita

cita mensem apparitionis nunquã deficere necesse est: sed eius longitudinem ita aduertere, vt ex ipso & altero medius resultet. Quid? si præter hæc proprium lunæ circuitũ crisis causam, sine alterius interuentu, esse: communem verò circuitum, altero interueniente crisim promouere diximus? Verum si opponeret aduersarius, Galenum asseruisse lunam vim suam à sole sortiri, id quidem fatemur, sed illud Galeni de vi valida lunæ, quam à perfecta illuminatione nanciscitur, accipiendum est. Nihilominus tamen vim & efficaciã aliquam, licet non ita validam, habet, vt in maris fluxu, refluxúque etiam tempore interlunii seu coniunctionis lunæ cũ sole perspicere licet. Hæc autem lunæ vis paulo debilior quando luna combusta est, licet à solo peragrationis lunæ circuitu promanet, crisi tamen promouendæ sufficere potest. Verumtamen quoniam eiusmodi crisis illuminationem lunæ non subit, ideo imperfecta, infida, & periculosa, & ad perniciem censenda est. Idem dici potest de crisi eueniente in decem horis, quas mensis criticus, præter manifestæ apparitionis mensem, habet, siquis enim crisimus dies in hoc incidat tempus, minus validè decernet, & crisis in iisdem horis infida ac imperfecta continget. Quod autem diem vltimum septimanæ medii mensis potius 13. quã 14. participare asserunt, id quidem fatemur, non tamen ob id 13. po-

Cauilli amotio.

Luna etiã silẽte, hæc inferiora mutari posse, contra Manardi & Pici opinionem.

Mensis criticus quot horis mensem apparitionis supe rat.

Quartæ obiect. refutatio.

tius quàm 14. iudicatio aſcribenda eſt. Nam pars illa quam ex 14. vltimus ipſe dies aſſumit, validiorem decernendi vim nanciſcitur, quàm pars 13. Quandoquidem vt ſentit Ptolemæus, virtus lunæ in criſi efficienda, per lunæ oppoſitionem eſt. At ipſa, cùm vltimus ſecundæ ſeptimanæ criticæ dies 14. participat, magis opponitur, quàm cùm ipſe 13. maiorem partem aſſumit, ſiquidem in fine 14. recta oppoſitio eſt. Reſpōderi etiam poteſt Gal. non negare 13. eſſe criſimum, vt ſupra oſtendimus: ſed experientia compertum eſt 14. potiùs de morbis decernere, quàm 13. & 20. potius quàm 21. quod ex Gal. obiiciunt, id ad 20. potius quàm aliorum dierum inuētionem ab eo vſurpatum videtur. Præterea non vult Galen. quatuor horas quæ ſupra 20. excurrūt, ita ſupputari vt in 40. cum totidem horis coniungātur & ſupra 60. 13. horæ ſint cum dimidia, ac 18. ſupra 80. ſed voluit ipſe ex viceſimo bis, ter, quater, & ſæpius in ſeſe aucto, iteratóque maximas, & perfectiſsimas periodos fieri, cuiuſmodi ſunt 40. 60. 80. 100. 120. hæ ſummæ perfectæ periodi ſunt, & quia harum ſingulæ tres ſeptimanas expleant, eóque cōpoſitæ ſint: adde quod nō amplius alio indigeāt circuitu. Huc accedit quod iuxta eorū opinionem 41. 61. 81. de morbis decernerēt, non 40. 60. 80. vt priore lib. oſtenſum eſt. Cæterū primus circuitus perfectus eſt 20. dies cuius critica vis à

Ptolem. Aphor. 60.

Cur 14. potius quàm 13. de morbis decernit.

Quinta & ſexta argumentatio ſoluitur.

Vis critica circuituū perfectorū vnde promanat.

quaternariis 6. & ſeptimanis tribus ex quibus conflatus eſt, promanat, huius verò circuitus vis critica, ad reliquos quinque perfectos circuitus, vt pote 40. 60. 80. 100. 120. extenditur. Sex enim perfecti circuitus ſunt ad 120. Quemadmodum igitur primi circuitus perfecti, nempe 20. diei vis critica, à ſex quaternariis, quibus conſtat, proficiſcitur: ita à primo circuitu vis decernendi ad ſextum vſque circuitum, perfectum nempe 120. diem (quo iudicatus fuit Heropytus) protenditur: dixerim quoque in omni dierum circuitu vim decernendi à primo lunæ motu deriuandam eſſe & continuata ſerie, ab illo, inquam, motu primo, ſupputandũ, ſecundus enim circuitus perfectus videlicet 40. cùm 7. dies vltimæ hebdomadæ primi menſis contineat, vim iudicandi à primo lunæ motu manantem ſortitur, neque dũtaxat à primo circuitu, vtpote 20. vim iudicandi accipit, verumetiam vim quandam peculiarem ratione illorum 7. dierum, quibus participat. ideo ambitu ſuo hos criſimos dies, 24. 27. 31. 34. & 37. complectitur, quod reliquis perfectis periodis non euenit, vt Hipp. innuere videtur, ſcribens poſt 20. eodem modo, & ſecundum eandem rationem primum circuitum quatuor & triginta dierum, ſecundum 40. dierum, tertium ſexaginta dierum eſſe.

Quod ſi obtrudant aduerſarii 27. non eſſe criſimum quod luna eò vnde diſceſsit, cùm mor

Sex circuitus perfecti ad 120.

Quannis Auicenna voluiſſe videatur poſt primum menſem ex ſolis motu ſupputandos eſſe dies.

Hinc Pico reſp.

An poſt 27. luna dierũ ad 120. productorum cauſa ſit.

L. 3. progn.

An 27. dies criſimus ſit

Obiectio. bus incœpit, remeet, ob id nec naturam ad crisim incitare, cum in oppositione non existat.

Solutio. dicendũ vim oppositionis lunæ in 27. die non esse spectandam principii morbi ratione, sed 14. aut 20. respectu. Nam à loco opposito vnde luna proficiscitur vim quandam aduersam refert. Nonne etiam oppositio esse potest tũ, cùm luna eò vnde discessit, reuertitur. cũ ad locum appellere, & ab eo digredi opponãtur? sed hæc ad causam efficientẽ pertinent, de qua paulò post nobis latius agendum erit. Ad reliquas obiectiones diluẽdas pergamus, ac aduer-

Vltima ratio dissoluitur. sariis respondeamus, lunam quidem nõ semper tres dies in coïtu cum sole delitescere, nec mensem apparitionis perpetuò æqualem esse: verùm Galenus id instituti habuit, vt quod ad enumerationis crisimorum dierum inuentionem sibi cõducere cognosceret, illud sibi proponeret imitandum, erat autem apparitionis seu communis impressionis mensis, qui coniunctionem seu consecutionem longissimam sequitur, nempe eam, qua luna tres dies integros in consequendo sole impendit, & radiis solaribus immersa toto triduo obtegitur. Verùm an non aduertunt hi mensem peragratio-

Pici argumentum in ipsum retorquetur. nis (quem introducendum potiùs quàm criticum putãt) eadem ratione explodi posse, cum eius septimanæ æquales non sint? Neque enim vt ipsi statuunt, mẽsis sui supposititii septimana vna, perpetuo dierum 6. & horarũ 20. erit:

sed

ſed alia longior, alia curtior, neque etiam ob varium lunæ in proprio epyciclo motum, in 14. oppoſitionis aſpectus eſſet, ac neq; alterius ſeptimanæ finis, tertię initium exiſteret. Denique, vt paucis perſtringam, his aduerſariorum rationibus Galeni decreta neutiquam conuelli poſſe perſpicio, & omnes quæ aduerſus Gal. producuntur rationes, ac ſi nullius pōderis eſſent, prætermitto. Sunt enim Galeni placita experiētia cōprobata. At rationes quæ in Galenum adferuntur, non ipſius Galeni experimentum oppugnant: ſed inuentionis criticorum dierum à ſe excogitatam rationem, quam inconcuſſam ac firmam eſſe, vt diximus, Galenus ipſe non eſt arbitratus. Maneat igitur Galeni de criticis diebus ratio, nec quicquam ipſum à ſtatione his aduerſariorum irruptionibus deiici poſſe exiſtimemus. Quod ſi nos κόσμον, id eſt, criſimorum dierum ordinem, lunę motu perperam metiri contendant, cùm ipſe lunæ motus æqualis non ſit, ſed modo citatior modo tardior. Si igitur ſtatus & determinatus eſt dierum Hippocratis ordo, quomodo in lunam referri poteſt, cùm in ea nihil ratū & ſtabile inueniatur? cùm etiam κόσμου propria ſit τάξις, id eſt, ordo: vt ἀκοσμίας, ἀταξία? Reſpondemus tam non errantium ſyderū, concinnitatem retinentium, quàm errantium velocius aut tardius, nec quotidie æqualiter latorū motus omnes, ad vnū ordinē reuocari: &

Duo principia ſunt inuētionis dierum criſimorum. Cauillorū excluſio.

Obiectio.

Reſponſio.

quamuis luna omnes quartas, motiones & cir circuitus æquales non ſortiatur: omnes tamen peragrationis menſes æquales habet, ob concinnitatem ac mirum ordinem. Eius enim motus certus ac definitus eſt, æqualibus temporum interuallis, dum ſemper eadem zodiaci loca percurrit.

Gal. lib. 3. prognoſt.

Dierum Criſimorum cauſa efficiens externa, vnde petenda. CAP. XIII.

AT verò Criſimorum dierum cauſa formali expoſita, agedum quænam eorum efficiẽs cauſa ſit, explicemus. Hæc ſanè duplex eſt: vna interna & particularis, à conflictu naturæ, & materiæ morbificæ, altera externa & vniuerſalis, à cœleſtibus, vt pote luna, ſole, aliiſque ſyderibus. Cœleſtia enim criticam commotionem promouere, & experientia comprobatur, & ratione res ſcrutantibus, haud obſcura cauſa eſt. Nam materia ortui, & interitui, aut cuilibet immutationi obnoxia viæ & ordini vni per ſe, licet vna numero exiſtat, non annectitur. Quod item viæ & ordini vni adhæret, id per primã atq; præcipuam cauſam omnium mutationum, quæ in his inferioribus fiunt, ordini innititur: at critica commotio viæ & ordini vni adhæret, & annectitur. Quod autem primum eſt in vnoquoque genere, cauſa ſit oportet reliquorum ſub eo genere cõtentorum, quare cœli motus reliquorum omnium cauſa prima atque præcipua erit. Criticorum

Cauſa efficiens dierũ criſimorũ duplex eſt.

Cœleſtia criticam commotionẽ promouere.

Ariſ. 8. phiſ.

ticorum autem ordinem à sola natura seu facultate corpus regente non proficiscis ex eo cõstat: quod ipsa in aliis potiùs, quàm aliis diebus, velut certis limitibus præfixi, mouere nõ astringitur, at tùm, cùm humor morbum committens concoctus est, mouet. Verum coctione perfecta, quem motus ordinem sequeretur, nisi cœlestia hũc ipsum dirigerent, & adiuuarent? Neque etiã materia morbifica crisimorum ordinis causa existit. Nã ἄτακτος, ἤτοι ἄκοσμος est. Et quamuis determinatum & certum quẽdam ordinẽ teneret, si bilis sit, tertio quoque die. Item si melancholia, quarto quoque die motus aderit. At crisim. dierum ordinem, per septenarios & quaternarios procedere, experimento compertum est, hunc autem numerum cuiuspiã humoris motui proportione non respõdere, liquet: aliter enim in continuis, tertianis, quartanis febribus dies numerãdi forent. Cum igitur crisimorum ordo, à casu non sit, (alioqui raro, & in paucis cerneretur) oportet illum à causa ordinata, cuiusmodi cœlum est, repetere, ab ipso enim horum inferiorum ordo & constantia manat. Cœlestia autem hæc inferiora suo motu & lumine regere, omnes ex Arist. doctrina norũt. Astronomi influxum addunt, quem etsi à motu & lumine distingui volunt, vtriusque tamen concursu multum augeri nõ diffitẽtur. Huic negotio octauæ sphæræ stellas & planetas, potissimum solem & lu-

Crisimorũ ordinem à sola natura seu facultate corp9 regente nõ pendere.

Neque a materia morbifica.

Crisimorũ ordo a causa ordinata

Cur crisimorum dierum ratio a luna petenda sit potius quã ab aliis planetis.

nam præficiunt: sed quoniam luna terræ vicina est, ac vt ipsi morbi acuti, motu velox est, mũdíque humiditates variat, adde quod qua ternariorum & septenariorũ numeratio, eius mutationibus quadrare dicitur magis quàm aliis planetis Ideo Galenus eam in acutis morbis, vt solem in diuturnis, verorũ crisimorum causam esse adstruxit.

Solis in hec inferiora vires. Item lunæ schematismi eiusq; in hæc inferiora vires. CAP. XIIII.

Gal.lib.3. κρισ. ἡμερ.

HOmines astrorum omnium vim experiri, & eorundem viribus frui voluit Gal. ac solem hæc inferiora ratis ordinibus moderari, immutabilíque constantia gubernare, ac rectorem omnium existere. Ipse enim veris, æstatis, autumni, hyemis author est, ipse manifestã vel ex hac terrestri fæce gignendi animalia procreãdíque, vel efficiendi, vt ea quæ oriuntur è terra, maturitatem assequãtur, vel ad generis propagationem animantia sollicitandi, vim habet. Ex eius per signiferũ progressu, annus perficitur, ac anni tempora sic distingũtur, vt varia eorum fiant temperamẽta, variíque in corpore humores procreentur, aut procreati concitentur. Magnæ sunt etiam lunæ in hæc inferiora vires, & effectus varii: sed qui tamen solis effectibus cedant: mensibus illa semper præest, vt apertè in animantibus ac potissimuũ marinis deprehendere licet. Hæc provt ad solẽ accedit, aut recedit, varios schematismos

De motu humorum. Sorã. Eph. in Isag. Aestus maris reciprocos à luna tum lumine suo, tũ diurna conuersione regi copiosse docet Plin. cap. 97. lib. 2.

matiſmos ſuſtinet. Ipſa ſiquidem ſoli cõiuncta ferè triduo delitеſcens (quod tempus Græcis σύνοδος, Latinis interlunium, intermenſtruum, luna ſilens, aut combuſta dicitur) cùm ex coitu emergit falcata, ſeu corniculata apparet, & μηνοειδὴς die 4. vocatur, tum à ſole 45. gradibus, diſtat longius verò progreſſa, cùm iam ferè 90. partibus, ſiue quadrante circuli, à ſole abeſt, vt ſeptimo die, dimidiata cernitur, & διχότομος appellatur, hinc lumine quotidie augeſcente, turgida, vndecimo die, ἀμφίκυρτος vocatur, ac globoſa conſpicitur, ac tum centum triginta quinque gradibus à ſole diſtare dicitur. Vbi verò à ſole longiſsimè abſceſsit, ac diametri ſpatio diſiungitur, die decimoquarto pleno orbe reſplendens, πανσέληνος appellatur, plenilunium, ſeu oppoſitionem dicũt, quo videlicet tempore luna circuli medietate ſeu centum octoginta gradibus ſiue ſignis ſex, à ſole abeſt. ab hoc loco, ad ſolem pedetentim reuerſura, quotidie decreſcendo imminuitur, & iterum ἀμφίκυρτος 17. die. deinde διχότομος die 20. dicitur. Rurſus item μηνοειδὴς & denuo falcata 27. die ſplendet, donec tãdem abſoluta periodo cum ſole congrediens, ſub eius radiis delitеſcat, & ad eaſdem vices exeat. Cæterum ipſa, his quæ oriuntur è terra, dat incrementum: animantia ſaginat, menſtrua ſtato tempore mulieribus ſolicitat, morbo comitiali laborantium circuitibus inſidiatur, pro ratione pro-

De lunæ mutationibus vide macrob. l. 1. ſomn. ſcip. cap. 6. Vitellion. 74. ac 77. propoſ. lib. 4.

Gal. lib. 3. κρισ. ημερ.

greſſus eius ad ſolem, vel receſſus eius à ſo-
le. Mutationes alterationéſque eius vehemen-
Gal.ca.28. lib.8. tes validæque ſunt, cùm in interlunio, tum e-
tiam in plenilunio. Circa interlunium om-
ne lumen, quod à ſole haurit, cœlo regerit,
Quo pacto luna circa interluniũ agit. eóque frigefacit, quoniam nondum illuſtra-
ta, à nocturno frigore minus nos tuetur.
De his vide Plin. li. 18. cap. 32. 35.28. & li. 16. cap. 39. &.li.2.cap. 99. & 41.& cap.7. li. 9. Coll. ca.10 l.2. Pl.ca.5.l.8. Pallad.c.6. lib.2.& 27. l.1. Quod ad plenilunium ſpectat, mutuatitiũ ip-
ſa lumen ipſo plenilunii tẽpore in terras abun
dè refundit, eóque calida euadit. Differẽtia ta-
men vtriuſque habitus magna eſt, inquit Pli-
nius, ſed manifeſta. Nam æſtate interlunio ca-
lidiſsima eſt, hyeme gelida. E contrario in ple
nilunio, æſtate gelidas facit noctes, hyeme te-
pidas: cauſa euidens, ſed alia redditur à Fabia-
no & Græcis authoribus. An verò luna legiti-
mo an notho lumine illuſtretur, in dubium re
Phil. Iud. li. de ſom. pag.367. oper. uocat Philo Iudeus. Vitellio lumen ſuum fœ-
nerare ſolem aſſeuerare non dubitat, vt inte-
Vitelio in ſuo optica rim quæ de cæteris ſyderibus ipſe prodit omit
tam. Porro de viribus, quas luna præ cæteris
ſyderibus in hac inferiori natura exercet, plu-
ra traderem, niſi breuitati ſtuderem. Si quem
hæc delectant, adeat atque euoluat Ptolemeũ,
Plinium, alios ſcriptores aſtrologicos: noſtri
inſtituti fuit breuiter tantum quoſdam locos
præſtantium authorum commemorare.

Dierum crisimorum causa efficiens iuxta astronomorum placita.
CAP. XV.

VOlunt Astronomi lunam cœlestium corporum vim communiter, frequenter, atque facilè cùm radiis, tùm qualitatibus in hæc inferiora demittere, eaque ipsa & gubernare, & immutare. Ipsa in rebus omnibus quæ fiunt magnas commotiones excitat, cùm a prima accessione ad opposita, quadrangula, aut quadrangulorum media loca defertur: in quadrangulis 7. die vehemens agitatio fieri solet, quoniam signa sic se intuentur, vt qualitatibus duabus, aut agente duntaxat, dissideãt, quanuis radiorum minor concursus, ad signum, in quo morbus incœpit, perueniat. In quadrangulorum mediis vt 4. die non ita vehementes, commotiones fiunt, quòd cum minori radiorum copia signa sese intueantur, ac oppugnent, vnaque duntaxat qualitate, eaq; vt plurimum patiente disſideant. At in oppositionibus maxima commotio excitari solet, quoniam luna, & signa, cùm radiis, tùm quali tatibus sese mutuo oppugnant, sic accidit, vt cùm luna ad loca, illis quæ tenuit, inuadente morbo, inimica, peruenerit, inter morbum & naturam pugna exoriatur: Si igitur quispiam ægrotare incœperit, luna arietem occupante, septimo sequenti die maximas alterationes pa tietur: quoniam ipso die septimo luna Cancrum signum frigidum & humidum Arieti si-

Marſ. Fic. l. 3. de vita cœl. cõpar.

Astronomica ratio.

gno calido & ſicco cõtrarium tenet. Quo tẽpo re ſi criſis non contingat, nec beneficus planeta reperiatur, decimuſquartus morbi dies expectandus eſt, quo quidem die Luna in principio Libræ exiſtente, duplex criſis cauſa concur rit, nempe oppoſita radiatio & ſignorum diſſi dium in altera qualitate, quandoquidem Aries ſignum calidum & ſiccum, Libra verò ſignum calidum & humidum eſt. Si verò expectata cri ſis tum nõ eueniat, nec planeta fœlix adfuerit, Luna ſequẽtem quadram percurrente, ac alios hoſtiles aſpectus ſubeunte, nempe in principio Capricorni, viceſimo die, aut ad morbi ini tium remeante vt 27. die criſis ſperanda erit.

Quomodo cœleſtia in hæc inferiora agant, & criſim efficiant, eamque interdum ad ſalutem, alias ad mortem.

CAP. XVI.

Ariſt. li. de gener. animal. Dubitat. 1.

DVbitaret fortaſſe quiſpiam, quo pacto corpora cœleſtia criſim efficere poſſint, cùm ſcribat Ariſt. actionem duntaxat cadere inter ea, quæ in materia communicãt: At cœleſtia corpora cum humanis in materia non conueniunt. Illa enim æterna & corruptionis expertia ſunt, hæc verò momẽtanea & interitui obnoxia. Item actio omnis non ni ſi contactu fit: ſed cœleſte corpus non tangit humanum. Nam ea tantum ſe tangere quæ inuicem & agunt & patiuntur, voluit Ariſt. At corpus cœleſte nihil patitur. Ceterùm ſi cœleſtia criſim efficeret, cum ab illis vis æqualiter

Secunda.

in

in corpora humana demittatur, tum in omnibus corporibus, eodem die, vel ad salutẽ duntaxat, vel mortem tantùm crisim efficerent: verùm multi eodem die & intereunt & superstites euadunt, qui etiam eodem temporis momento morbo correpti sunt. Dicemus igitur cælestium actionem, iuxta Astronomorum dogmata, vnam quidem vniuersalem esse, quæ motu & lumine fit, alteram particularem, qua corpora suis qualitatibus afficiuntur, vt cũ verbi gratia, aiunt hunc, aut illum planetam refrigerare calefacere hum. aut sicc. Alia quoque eorum actio est per formam specificam, quæ eius quod afficit, cum eo quod afficitur conueniens aptitudo est, vt commodè, & facilè alterum, suam exerat vim, alterum excipiat: hac quidem actione cœlestia valent, & in his inferioribus mutant omnia. Ea est, si Albumazari credamus, præcipua & insignis vis syderum, quam vnicuiq; eorum, ab eo qui summæ rerũ præest, tributam esse ait, non secus quàm magneti cùm ferrum, aut electro, cùm aceres trahit. Sed obiectiones dissoluamus, dicentes illud Arist. actionem inter ea cadere, quæ communicant in materia, verum esse de actione, quæ in agente passionem relinquit, cuius ipse in phisicis meminit, dum prodidit: quicquid agit, idipsum pati, at dum cœlestia in inferiora agũt, eorum actio talis censenda non est, quod etiam alibi docet. Inter cœlestia & inferiora

Tertia.

Forma cælestiũ specifica quæ sit.

Album. in introduct.

Obiectiones dissoluuntur.

corpora contactus est, dum illa primo & secundo modo dicto in hæc per aërem agunt, aër siquidem & corpus mutuò sese afficiunt. aër tamen patitur, nec agit in cœlum non secus quàm quod tristitiam infert nos tangit, ipsum verò non tangimus. At cœlestia actione illa quam formam specificam vocauimus, sine aëris immutatione corpora immutant, vt volunt Astronomi. Ipsam faustas & infaustas res, ab eo quo incœperũt tempore, per bonos aut malos aspectus reddere, eámque in inferiora per semicontactum sine materia agere, asserũt. Prȩtereà cœlestium actio æquabilis est, at corpora eam recipientia non æquabiliter præparata sunt, ideo ferè fit, vt quidam pereant, alii euadãt. Cùm igitur à motu Lunæ & aspectibus planetarum, necnon stellis fixis crisis dependeat, mirũ non fuerit, si duo ægroti, eadem hora morbo correpti, eodem modo non iudicentur, agentis enim virtus ob diuersitatem recipientis varia fit: à sole enim tela linea albescit: & facies deambulantis nigresit, ac ab eodem igne argilla durescit, & cera liquefit. Aduertendum etiam erit, ad ætatem, locum, & tempus. Respiciendũ quoque est iuxta Astrophilorum placita in quo signo Luna initio morbi fuerit. Cæterùm si ægrorum alter puer sit, temperamento calidus & humidus, alter autẽ senex frigidus siccus, tum crisis variari poterit. Idem de tempore & loco considerãdum. Prȩtereà si Lu

na

ma morbi initio Marti calido ſicco adhæſerit: morbus verò alterius propoſitorum duorum ægrorum à caliditate proficiſcatur, tunc ſanè ingraueſcet illius morbus: ſi verò à frigiditate, nõ æquè infeſtabit. Quod ſi obieceris: ſtatuamus anni partem, ac amborum ægrotantium ætatem, calidam, necnon vtriuſque morbum à caliditate prouenire, cur eorum criſis, eadem non contingit? Obiectio. Diceremus id quidem euenire poſſe, ob temperamenta corporis varia, ſiquidẽ interdum alter ægrotãtium, natiuo temperamento calidus: alter verò frigidus eſt. Solutio. Sed fortaſſe rurſus inſurgeres: Fingamus vtróſque eodem tẽperamento præditos eſſe. Obiectio. Reſpondemus fieri nõ poſſe, vt duorum hominum tẽperamenta ita conueniant, vt inter ſe non diſsideant. Solutio. Et licet demus quorũdam temperamenta in vniuerſa natura conuenire, & eadem exiſtere poſſe, tamen naturæ propriæ ſunt, & hominum ἰδιοσυγκρισίαι. Quod ſi propoſitorũ ægrorum temperamenta, morbi ratione inter ſe non differre fateri cogamur, in vtroq; tamen omnino conuenire, ac veluti in vnum conſpirare nequeũt. Multa enim ἀδόκητα in dies, ac vni potius quàm alteri accidere poſſunt.

An cœleſtia malam criſim efficiant, & quo pacto, & qua vi ſtellæ tanta diſtantia, terrena afficiant, CAP. XVII.

VErùm opponi poſſet cœlũ criſim perniciosam nõ promouere, imò cuiuſcũq; morbi criſim die criſimo euenientem,

Obiectio. esse salutarem, quoniam ipso die natura, viribus cœli adiuta, aduersus morbū pugnat, cùm priùs ipsa, nullius ope interueniente, in morbū ageret. Si igitur natura ipsa nullo externo præsidio fulta morbo ante diem criticum reluctabatur, nec ægro periculum imminebat, nonne magis morbo resistere poterit, cùm virtutis cœlestis præsidiis septa erit? Respondemus

Responsio. vim cœlestem non semper naturæ opem ferre, aut ad bonum aduenire, sed nōnunquam celerioris prostratiōis causam existere, pauco enim auxilio aliunde petito, natura intempestiuè exsuscitatur, ac insurgit, ipsáque ad pugnam accincta, morbíque impetu repressa, celeriùs succumbit. Idcirco plerosque perire cōspicimus, in quibus die crisimo crisis incœpit. Quod autem ante diē criticum nō succumbat æger, id fit, quia morbus in naturā sensim agebat, eámque longa mora pedetentim infestando, tandē μαρασμῷ desiisset, sed natura ipsa adminiculū aliundè sibi suppetere sentiens, contra morbum insurgit, ac decertat, ideo repētè interit æger.

Dubitatio. Sed dubitares quo pacto fieri posit, vt corporis natura sentiat ac percipiat tēpus adminiculi, cùm ipsa intellectu ac sensu careat? Ipsamet

Li. 6. Epid. Aph. 2. sect. 5. natura, inquit Hipp. nō ex intelligētia ἰφόδους siue ad suas actiōes, vias & impetus inuenit. Prætereà, cū cœlestia in hæc inferiora, aëre intercedēte, agāt, quī tunc aër immutatur, dū eiusmodi adminiculū, cœlitùs demisū, defert? an qualitas

litas

litatis aëris immutatione id fieri dices, cùm interdum frigidus, nonnunquam calidus sit? Respõdendũ inferiora hæc á superioribus bifariã immutari, vel radiorũ cœlestium influxu abdito, vt voluerunt nonnulli, quãdo in hæc inferiora per actiones & aspectus suos, vires demittunt: vel aperto, vbi aëris immutatione, sensibilis fit influxus, hoc modo Sol aërẽ calefaciens, terrã calefacit: neq; sequi necesse est, naturam mente & sensu præditã esse, nã superiorum & inferiorũ connexio est, per quã auxiliũ cœleste percipitur, ac tùm morbus in isto motu à natura oppugnatur. Si quæras, quo pacto tãto interstitio stellæ terrena afficere possint? quomodo vehatur, ac deferatur emissa virtus, ne in descensu dilabatur? volũt nõnulli exertos porrectósque in terram, & reuerberatu coactos hoc pręstare radios, quorũ ex resultu intẽditur, átq; invalescit virtus, ídq; nõ tãtũ in Solis & Lunę, verùmetiam Veneris, Iouis, Martis, Syrii radiis conspicuò cerni aiũt. Delationẽ autẽ reflexionémq; luminis, de cæteris non ita percipi oculis, ꝙ vel distãtia nimia attenuãtur, vel ob exilitatẽ hebescũt radii. Ego verò vt eodẽ modo per aërẽ eos ferri concedã, vbi in aliquod obstaculum impegerunt, resilire ac geminari, moueor: quoniam singulæ stellæ, suis distinctísque coloribus sese in oculos ingerunt nostros. Si descensu longiore comminuti deficerent ac dispergerentur radii ipsi, nec seorsùm singu-

Solutio.

Quæstio.

Radii à stellis vim qua terrena afficiunt deferunt.

li ad oculos porrigerentur, ac pertingerent, non distincta cõtueremur corpora, sed in confusum quoddam lumen aspiceremus.

Aduersariorum Galeni obiectiones refelluntur.
CAP. XVIII.

COelestia igitur hunc elementarem orbem afficere, & quo pacto cõstat. Quod si concedatur, vt negari à nullo sanè potest: quo animo, qua fronte, quáve opinione, nõnulli tã audacter, Galeni de crisimis diebus rationes, impugnant, omninóque euertere conantur? Negant ad Lunæ motum, in quadratis & oppositis locis dies crisimos referri debere.
Obiectio. Nam si ad Lunæ motum, & influxũ, in quadratis, & oppositis locis, referri dies decretorii debẽt, ægritudines omnes in nouilunio incipere oporteret, alioquî, nec diei 7. dimidia Luna, quadratúsque aspectus, nec diei 14. plena Luna, oppositúsque aspectus respondebũt: nisi
Obiectio. initium morbi à nouilunio sumatur. Præterea, cùm quẽpiam morbus peracutus inuadit, Luna initium Arietis tenente, crisis in principio Cãcri futura esset: atqui tùm secundę septimanæ initiũ adest nempe dies octauus. Igitur crisis octauo die continget, non in fine Geminorum, nempe 7. die, crisim verò in Cancro fieri debere cõstat, quoniam tùm Luna occupat signum inimicum illi, & vtraque qualitate contrarium, quod morbi initio tenebat. Cancer namque signum frigidum & humidum est op-
positum

positum Arieti calido & sicco. Verùm nõ aduertunt hi, omnem positum signorũ, gradum, siue punctum cuiuslibet signi, posse quadratorum aut oppositorum initium existere, pro ratione morbi tùm inuadentis. Nam dierum criticorum computatio à morbi principio deriuatur, at verò morbus, in principio primi signi quadrarũ circuli vt Arietis, Cancri, Libræ & Capricorni, non perpetuò sed rarò admodũ inuadit. Quando igitur in quopiam alio puncto morbus inuadit, tum ab eo quadrati & oppositi aspectus principium sumendum est, non à nouilunio. Sed iam intimis ipse sensibus perspicere videor, q̃d mihi ab his aduersariis Gal. obiici possit. Nos non minimùm hallucinari contendent, quòd morbi principio attendendũ esse velimus, vt cùm Luna fuerit, in quadratis, aut oppositis, principio morbi, locis, tùm crises fieri dicantur: siquidem non semper die 7. in quadratis, nec 14. in oppositis initio morbi luna locis inuenietur. Nam si quispiam in nouilunio morbo corripiatur, qui 7. iudicetur, alium verò priùs Luna silente morbus inuaserit, tum si Lunæ, causam criseωn acceptam referre debeamus, huius crisis in finem quartę illuminationis ipsius Lunæ recidet. Atqui dies ipse 8. erit ab initio morbi. Igitur in 8. crisis incidet. Respõdemus bifariã in Luna quadras spectari, vel ratione illuminationis, vel peregrationis, siue transitus Lunæ per signa: propo

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

ſitorum autem ægrotantium quartæ, æquè 7. die deſinũt, ita tamẽ, vt eius qui primo ægrotare cœpit quarta, alterius quartã vno die præuertat. Et quamuis apparitionis luminis quarta, morbum non promouerit, ipſa tamen quæ peragrationis eſt, morbum eius, qui priùs laborare cœpit promouit: hęc igitur cùm criſim in 7. efficere poſsit, eam in octauum protrahi neceſſe non eſt. Itaque in omnibus morbis, quadra, peragrationis Lunæ eſſe poteſt: at in paucis, ipſa quæ apparitionis luminis eſt. Ideo dicebat Gal. Lunã duplicem mutationẽ in morbis efficere, vnam cõmunem, quam à lumine habet, alteram propriam, quam à motu proprio per ſigniferum ſortitur. Neque acutorum morborum criſis perpetuò ſperanda eſt, donec Luna ſigno initii ægritudinis, contrarium, in vtraque qualitate, ſignum, teneat. Etenim ad morborum acutorum criſim, duo cõcurrunt, nimirũ humor naturã ſtimulãs, & Lunæ aſpectus, ambo pro efficiẽtię aptitudine, criſim aut inhibere, aut promouere poſſunt. Exempli gratia, morbi peracuti criſis, ratione aſpectus Lunę ſeptimo die euenire ſolet: nonnũquã tamen humor ita naturam irritat, vt criſim ſeptimò futuram quintus præoccupet. Interdum verò quoniã humoris acumẽ continuatũ non eſt, in 9. criſis protenditur: & quoniã peracuti morbi, vt biliosi imparibus mouentur, accidit, vt criſis ſalutaris, non 8. ſed 7. eueniat.

Duplex à luna mutatio fit in morbis. lib. 3. κρισ. ἡμερ.

Obiect. ſecundæ ſolutio.

Dierum Crisimorum causa efficiens interna. CAP. XIX.

DIerum crisimorum causa efficiens interna, facultas est corpus gubernãs, vel morbi eiúsq; materiæ dispositio: ita tamẽ vt facultas ipsa, viribus cœlitùs demissis comitata, radicalium dierũ, & indicum: intercidentiũ verò potissimũ, morbificę materiæ motus causa sit. Quod sic accipi nolim, quasi nõ admitterem, ad dies vulgò dictos radicales, naturam morbi non concurrere. Nam morbi dispositionem requiri, & humoris impetum concurrere, in idem non recidunt: & quemadmodũ in aliis rebus naturalibus, vtpote hominis procreatione, Sol velut vniuersale efficiẽs, homo vt particulare, dum cõueniunt, certum producunt effectum, si patiẽs bene dispositum sit, & omnino patiatur, sin minus, monstrum nonnunquam fit: ita accidit vt quando efficiẽs vniuersale, vtpote Sol, & potiùs, eius vice rex Luna, quæ regẽdæ huic inferiori plagæ meritò destinata est, cæteròsq; planetas terrarũ vicinitate excellẽs, facilè huius inferioris mundi humiditates immutat, si in eas affectui recipiẽdo idoneas, Luna ipsa dominatum obtineat. Neq; in tali actione necesse est agẽtem cũ materia cõmunicare, aut cõtactum adesse, neque si influxus occultus fiat, aëris immutatio exigitur, nisi optimã aëris cõstitutionem, vim illam cœlestem citiùs excipere velimus. Nã in constantibus tẽporibus, si ὡραῖαι ὡς τὰ ὡραῖα fiunt, con- Hip. Aph. 8 lib. 3. Aph.

ſtantes & boni iudicii morbi fiunt: in immoderatis verò incõſtantes: & difficilis iudicationis. Et quemadmodũ agens vniuerſale, vel materia haud bene diſpoſita, vel agente particulari deficiente, effectu ſuo fruſtratur: ſic etiam criſis, licet à cœleſtibus promota, ad bonũ vergere poſsit, accidit tamen, vt ob ægri, aut medici erratũ, aut naturæ defectum, talem finem haud nanciſcatur, quin morbi, qui natura ſua, non tamen ſine periculoſis ſymptomatis ſanitatem pollicentur, ob errata admiſſa, lethales fiant. Cùm autem facultas corporis, fortis exiſtens, & bene ſe habens, materiæ dominatur, & à benefica Lunæ conſtitutione adiuuatur, coctionéq; abſoluta, circa morbi vigorẽ ſine irritamento, humorẽ excludit, tum criſis bona ſequitur. Corporis nãque partes, facultatis retentricis bene ſe habentis ope, tùm benignos, tùm noxios humores, tandiu retinent, donec iis concoctis facultas expultrix, ſi valida ſit, inſurgat, & ſeſe proferat, & quod è benigno humore excremẽti ſupereſt, illud aliò atque aliò amandãs, tandem in locum quempiam cõmunẽ reponat, ac deinde foras expellat. Humor verò prauus, acuti morbi ſoboles, tandiu retinetur, donec omnibus ritè peractis, ſine irritamento, ſtatis tẽporibus, eius excretio inſignis tandẽ naturæ ductu, eiúſque ordinato motu, conſequatur. At cõtra accidit, quando humor tùm benignus, tùm nocuus, copia, aut quali-

Morbi ſalutares quo pacto lethales fiãt.

tate

tate peccãs, ipsi naturæ dominatur, eamque stimulat: nam si benignus, & calore perfusus sit, & ad superiora viã affectet, vomitu: si ad inferiora, alui profluuio, intẽpestiuè, nempe nondũ perfecta coctione, excernitur. Noxius quoque copia, & vitio naturæ infestus, crudo adhuc morbo existente, ob concitatũ morbi impetum, benigno etiam comitatus, foras protruditur.

Intercidentium dierum ratio. CAP. XX.

IN intercidentibus igitur, siue prouocatoriis iudicatio fit, aut ob humoris ὀργάσμον, eiúsque summum calorem, & tum præuertunt crisimum diem: aut quòd paucus sit humor, ísque, iuxta quorũdam opinionem, multo mitior, quàm qui naturam, in crisimo radicali ad crisim excitare valeat, ideóq; crisis remoratur, & in prouocatorios siue intercidẽtes dies cadit: aut quia ipsi, crisimis diebus (quod voluit Gal.) proximi sunt. Huc accidit, quòd cœli cõstitutio benefica, in his euenire potest, quorum fauore, natura vegetior reddita, pugnam aduersus humoris noxii molestiam instituit, eámque adoritur, & tãdem dirimit, & his 4. causis prouocatorii crisimorum vicem subeunt. Auicenna intercidentium causam, vel ad ea, quæ extrinsecus accidunt, vel ad pigrũ aut velocem morbi motum, vel corporis in robore, & imbecillitate dispositionẽ, refert. Nonnũquam etiã accidit, vt crisimi, prouocatorii

Inteteidentium causa

Cur prouocatorii dies crisimorum vicem subeũt, causæ.

2. quarti.

efficiantur. Nam ſeptimus a 9. prouocatorius eſt. Nec mirum videri debet ſi inuicem commutentur, viceſque alternas ſubeant. Nam, quod cuipiam natura inſitum eſt, accidentibus labefactari poſſe, Phiſici contendunt. Verùm quæreret quiſpiam, ſi intercidentes dies criſimi eſſe poſsint, an indices habebunt? reſponſum ſit, eos quidem, ab humoris impetu, non a cœleſtiū influxu, ſiue Lunæ obtutu, indices, ſuos dies, eoſque intercidētes dictos obtinere: tertius enim nonnunquam quartum indicat, interdū 5. & quintus alias 7. index eſt: & ſeptimus, vbi criſimus a cœleſti aſpectu non eſt, 9. aliquando indicat. 9. verò interdū 11. index eſt: & 11. nōnunquā iuxta quorundā opinionē 13. index eſſe poteſt. Horū autem dierum, in acutis, & peracutis morbis, duntaxat rationem habendam eſſe videri poſsit: quandoquidem humor, eos morbos committens, eiuſmodi eſt, vt ſuo ὀργάσμῳ, naturam ad excretionem, cœleſtium auxilio non expectato, irritare poſsit. Et quoniam morbi acutiſsimi bi-
Li. 3. Prog. lioſiſsimi ſunt, teſte Gal. propter humoris idiotropiam, natura tertio quoque die irritatur. Idcirco dies hi, ternario numerantur, repetito vbique tertio die. ſic 1. 2. 3. rurſus 3. 4. 5. iterum 5. 6. 7. deinde 7. 8. 9. poſtea 9. 10. 11. tandem 11. 12. 13. vltra hunc diem intercidentes non produci, quidam contendunt. alii in 11. aut 9. deſinere volunt, ob eam, arbitror, cauſam,

ſam, quod humoris moleſti impetus, ſenſim languefcat,perturbationiſque vehementia,ita temporis progreſſu imminuta ſit, vt non amplius natura irritetur, & ea, quæ ipſam infeſtant, etiam ante tempus propellere, ac amoliri compellatur. In omnibus primis diebus, valde acutorum morborum criſis,ab inferiori cauſa prouenire poteſt. In ſequentibus, cùm morborũ acumẽ remittatur, nõ item. Verùm intercidẽtes vlterius protẽdi non negat Hipp. ipſe enim decimioctaui & quadrageſimioctaui meminit. Qui autem dies ad 40. vſque intercidant, in ſchemate de iis conſtructo comperies. Sunt autem decem hi 3. 5. 6. 8. 9. 10. 13. 18. 21. 30.

Cur intercidentes per impares, vltra 13. non videntur protrahi.

Comparatio dierum & horarum Criſimarum. CAP. XXI.

CRiſimi dies non omnes æqualem decernendi vim nanciſcuntur, ſed alii, aliis,vel ob Lunæ aſpectum, aut materiæ motum in iudicando validiores ſunt: ſic 14. ob cœleſtem aſpectũ, ſeptimo validiùs iudicat,nam 14. die Luna oppoſitum morbi initio locum in 7. quadrangulorum medium tenet:at ſi humoris motus qui in 7. concitatior eſſe ſolet ſpectetur, ſeptimus omnium decretoriorum dierum viribus & dignitate primus cenſebitur: quo enim morbus in eo vehementior, & eius motus velocior eſt, eo ipſe validiùs decernet. His de cauſis 4. tertio: & 13. decimoquarto valentior eſt. Quod ſi Galenũ

opponeres, asserentem. Primos morbi dies criticos, postremis validiores existere, Hincque quartum in decernendo 7. validiorem esse inferres. Respondemus Galeni locum intelligendum esse, dùm crisimi dies verè radicales inter se cõferuntur. Quartus autem non eiusmodi est, imò iudex est. Itaq; nihil obstat, quominus 7. omnes alios verè crisimos viribus superet. Item, si indices inter se compares, quartus cùm index sit primus, vndecimum vel 17. in iudicando viribus excellit. Quænam, post primum mensem, dierum ratio seruãda sit, & vtrùm Luna dierum 27. sequentium ad 40. vsque, & à 40. ad 120. causa sit, suprà retulimus. Cæterum, asserunt nonnulli, dies impares ideo esse valentiores, quòd ipsi duas numeri species contineant, nempe parem & imparẽ. Dies verò pares imbecilliores esse, quoniam vnã duntaxat numeri speciem, vel parem tantũ vel imparẽ cõplectantur: si enim 10. dies seces, semper aut dùos pares numeros, aut duos impares: at si 11. diuiseris duas numeri species, puta parem & imparem habebis. Hinc sequi putant, vt dierũ impar numerus pari sit validior. Sed hæc delirantium somniis similia videntur. Aliud animaduersione dignũ, dierum horas in primi mensis diebus nõ eadem ratione numerandas esse. Quemadmodũ enim dierum crisimorum & indicum alii, aliis potentiores sunt, ita horum, quædam potentiores horæ sunt. In primi

primi menſis quarto die, nouem primæ horæ obſeruādæ ſunt: in 1.ſeptenario, horæ primæ 17.attendendæ:in 11. duntaxat primæ tres: in 14. primæ 11. concitatiores:in 17. horæ 21. in 20, horæ 17. grauiores & meliores eſſe ſolent. Quod experimento comprobari poterit, ſi iudicatio in fine potentiorum horarum vt plurimùm contingat:vt ſi in quarto, horā circiter nonam:in 7.circa 17.in 11.circa 3.horā, & in aliis eadem ratione criſis accidat: ipſa in reliquis debilioribus horis,imperfecta, aut deficiens euenire ſolet. Et quanuis ſingulis tùm horis,tùm diebus a morbo per criſim liberari poſsit æger, non tamen abſoluta, & fida criſis cenſenda eſt,ſi bonis conditionibus careat:ſed horæ prædictæ valentiores ſunt, quoniam in his Luna ad quadrangula aut quadrāgulorum media perueniēs, vires ſuas magis exerit. Animaduertendum etiam eſt in reliquis menſibus horas non iiſdē viribus pollere. Nam in ſecundo mēſe horæ duæ a ſeptenariis demēdæ ſunt: in tertio,4:in quarto,6.horę à ſeptenariis detrahēdæ erunt:vt ſeptenarius primus mēſis primi cum 17.grauiores horas ſortiatur,ſecundi mēſis ſeptenarius primus, 15.habebit:ſeptimus 3. mēſis, 13.ſeptimus quarti menſis,vndecim horas obſeruandas, obtinebit. Eius rei cauſa eſt, quòd non eandem vim obtinent, neque inter indices, primi cum poſterioribus, neq; primi critici, cum vltimis, ſed valentiores quidem

Cauſa aſtronomica

In aliis mē ſibus quenam horarum ratio habēda ſit.

Cauſa ablationis horarum ab aliis menſibus.

primi existunt, & in longum protracto morbo, imbecilliores redduntur.

Causa finalis dierum crisimorum. CAP. XXII.

SVperest, vt ad causam finalem crisimorũ dierum pergamus. Quæ sanè ratione causæ efficiẽtis motuum criticorũ siue ea externa sit, à cœlestibus corporib⁹, siue interna, à materiæ morbificæ impetu, statuenda non videtur: sed potius ratione naturæ corpus gubernantis. Ipsa siquidem, cum morborum medicatrix sit, per se ἐφόδους citra intellectũ reperit, vt tum nictare, tum ea quibus lingua subseruit, & quæuis alia similia. Indocta existit natura, & citra disciplinam quæ oportet efficit. Ipsa, vi quadã insita ordinatè procedit, & animalis sanitatẽ omnibus suis actionibus tuetur. Definiti ac ordinati sunt eius motus, vbi valida est, & materię dominatur, & propria ratione agit. Indefiniti verò ac inordinati, ideóq; incogniti, vbi victa est. Dierũ cris. noticia ad curationem cõfert, quoniã ipsis diebus quiescendum est, aliis autem mouendum. Ad prædictionem verò vt cum quarto die signa coctionis apparent, ægrum à morbo euasurum prædicimus, quod docet Hipp. dũ ait: Quibus septimo die morbus iudicatur, horũ vrina quarto die nebulã cõtinet rubeam. aliáque secundũ rationem.

Hipp. Aph. 2. sect. 5. li. 6. Epid.

Aphori. 71. lib. 4.

LIBRI SECVNDI FINIS.